



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



B.L. lat. pag. 333.



B. L. 4797. a.

Ergift 62A

Müller

EPISTOLAE

PETRI MOSELLANI, CASP. BORNERI, IANI
CORNARII, IO. RIVII PATRIS ET FILII, IO.
STRAMBVRGERI, GEORG. VVICELII, IO.
GROPPERI, VITI AMERPACHII

ALIORVMQVE VIRORVM DOCTORVM SECVL. XVI.

PLERANQVE PARTEM
AD IVLIVM PFLVGIVM,

IPSIVSQVE IVLI PFLVGII
NONDV M EDITAE.

IN LVCEM PROTULIT

AC

NOTIS INSTRVXIT

M. CHR. GOTTFRIED MÜLLER

RECTOR SCHOLÆ CIENSIENSIS, PRAEFECTVS BIBLIOTHECAE EPISCOPALIS,
ET SOCIETATIS LATIN. IENENS. SOCIVS HONOR.

LIPSIAE

APVD IOAN. AMBROSIUM BARTHIVM,
cIoIccccii.

БІЛОСІРКІ

ІВАНІВСЬКИЙ МІСІЯНІСТІВСЬКІЙ СІЛІЧІ
СОВІСТЬ СІЛІЧІВСЬКІЙ ПАПІСТЬ СІЛІЧІВСЬКІЙ
СІЛІЧІВСЬКІЙ СІЛІЧІВСЬКІЙ СІЛІЧІВСЬКІЙ

СІЛІЧІВСЬКІЙ СІЛІЧІВСЬКІЙ СІЛІЧІВСЬКІЙ


БІЛОСІРКІ СІЛІЧІВСЬКІЙ СІЛІЧІВСЬКІЙ

ІВАНІВСЬКІЙ СІЛІЧІВСЬКІЙ СІЛІЧІВСЬКІЙ

ІВАНІВСЬКІЙ СІЛІЧІВСЬКІЙ СІЛІЧІВСЬКІЙ

ІВАНІВСЬКІЙ СІЛІЧІВСЬКІЙ СІЛІЧІВСЬКІЙ

ІВАНІВСЬКІЙ СІЛІЧІВСЬКІЙ СІЛІЧІВСЬКІЙ



ІВАНІВСЬКІЙ СІЛІЧІВСЬКІЙ СІЛІЧІВСЬКІЙ

D V V M V I R I S
DE REBUS DIVINIS ET HUMANIS EPISCOPA-
TVS NVMBVRCO-CIZENSIS IMMORTALITER
MERITIS ET ADHUC MERENTIBVS
V I R O
PERILLVSTRI AC SVMME VENERABILI
CAR. FRIDERICO GVILIELMO
A MANDELSLOH
DYNASTAE IN ECSTEDT, MARK VIPPACH ET BALL-
STEDT, PRAESIDI CONSILII ECCLESIASTICI CIZENSIS,
COLLEGII EPISCOPALIS NVMBVRGENSIS
CANONICO:

V I R O
PERII LVSTRI AC SVMME VENERABILI
ERNESTO LUDOV. GUILIELMO
A DACHEROEDEN
SERENISS. AC REVERENDISS. PRINCIPIS ELECTORIS
TERRARVM MOGVNTIAC. CVBICVLARIO, A CONSILII
RERVM SACR. ET CIVILIVM EPISCOPATVS NVM-
BVRGO - CIZENSIS, COLLEGII EPISCOPALIS
NVMBVRG. CANONICO

PATRONIS OPTIMIS MAXIMIS

ET APOSTOLI PETRI ET PAULI ET MARCI
AUGUSTINIANORUM TESTIMONIORUM ACERBIS
AVARITIAE QVNGA EX CETERIS

HAS EPISTOLAS

R. V.

TRANSLATAS ET AESTIVAS AD CLEMENTI

CLEMENS ALEXANDRINUS
CVM TESTIFICATIONE PIAE GRATAEQUE
HOMINUM A

MENTIS

EX HOMINUM MENTIBUS ET AESTIVIS
TESTIMONIORIBUS IN HOC LIBERO TESTIMONIO

CONSERVATORIUS ET TESTIMONIALIS LIBER

TESTIMONIO

R. V.

D. D. D.

TRANSLATAS ET AESTIVAS AD CLEMENTI

CLEMENS NOCH TESTIMONIALIS

MENORUM A

TESTIMONIIS ET AESTIVIS TESTIMONIALIBUS

TESTIMONIIS ET AESTIVIS TESTIMONIALIBUS

TESTIMONIIS ET AESTIVIS TESTIMONIALIBUS

EDITOR.

16
anno 1589. in quod quodlibet de aliis
partibus non erat, et ad hanc libri
rebandi p. Juli. ut. deinde anno 1600. per
eum. illi. sicut in libro. Et hoc est quod dicitur
lectorebim. Alioquin etiam si. Et hoc quod
nulla equal. Non. Etiam. Et. Et. Et. Et.
Et. Et. Et. Et. Et. Et. Et. Et. Et. Et. Et.

EDITOR LECTORIBVS.

Et.
Et. Et. Et. Et. Et. Et. Et. Et. Et. Et. Et.
Vt fidei anno superiori datam in libello, quo
duas epistolas Ulrici Hutteni ad Ricardum Cro-
cum edidimus, et orationib[us] quibusdam in
schola nostra habendis prolusimus, tandem ex-
solueremus, epistolas has in unum volumen col-
latas et opera nostra qualicunque hinc illinc
illustratas iam in lucem prodire iussimus. Quod
vero consilium meum latque institutum, quam-
quam non sum tam inueniens, ut ipse praes-
dicem, et multorum, ne dum omnia virorum
doctorum puncta latrum esse existimem; (est
enim gratiae homini prudenti de terribusque suis

loqui, et tale quid sperare) vehementer tamen mihi gratulabor, remque non prorsus inutilem me suscepisse existimabo, si illud quibusdam viris doctis et eiusmodi rerum peritis, et si non plane, non nihil tamen se probasse intellexero. Evidem, quum genius seculi nostri longe alias appetat litterarum cupedias, has ipsas, quas epistolae nostrae offerant, a plerisque libidine quadam, immo contumacia fastidii rejectum iri facile praevideo. Interim tamen sperare, immo paene confidere licet, non defuturos esse, quos, quum memoriam temporum superiorum et viorum de litteris optime meritorum grati subinde recolere cupiant, harum quoque epistolarum lectio non tam ob elegantiam orationis, et si nec haec in epistolis Petri Mosellani, Iani Cornarii, Riuui, atque Pflugii prorsus desideratur, quam ob rerum grauitatem, iuuare atque tenere possit. Etenim non pauca habent, quae historiam seculi decimi sexti illustrent; amantes autem rerum Saxonicarum, in primis Numburgo-Gizensium, in iisdem inuenient multa non tantum scitu ac lecu iucunda, verum etiam ad hunc usque diem incognita. Quis vero est,

qui non libenter immoretur, tanquam in secessu amoenissimo, rebus in patria gestis, iisque contemplandis ac repetendis cum voluptate quadam indulget? quis est Cizensium nostrorum, qui non cupiat memoriam Iulii Pflugii, cuius liberalitate fructi sunt olim, et adhuc fruuntur, redintegrare subinde atque renouare? quisnam denique nostrorum est, qui non optet, ut viri tanti et tam eximii, qui hic vixit, et cuius ossa hic requiescunt, fata cognoscat omnino omnia? Vnusquisque autem, yna modo aut altera harum epistolarum perfecta, non pauca, quae vitam et fata Iulii Pflugii adhuc obscurarent, iis iam illustrata satis atque expedita esse reperiet. Nemo adhuc ingenium ac mores eius tam bene, tamque diligenter depinxit, quam Casp. Borneerus in epistola Neideckeri: nemo adhuc sciuit, viros doctos ad eum misisse libros suos perlegendos emendandoque, vti ex epistolis Neideckeri et Oethaei patet, ipsumque libros suos aliis perlustrandos ac recensendos commisisse, sicut ex epistola Georgii Vuicelii filii, appareat: nemo adhuc narravit, ab eo Seminarium theologicum Cizae fuisse conditum, vti ex variis

epistolis, in primis ex appendice testamenti eius perspicit poteat: nemo denique, quantum equidem scio, unquam istius appendicis testamenti mentionem fecit. Nil iam dicam, quid esse egreditur, ut non tantum rationibus Episcopatus fuit, sed totius quoque ecclesiae Christianae consuleret, quanta auctoritate ubique adeo apud principes terrarum valuerit, qualiter alacritate alios ad se liberalitatemque suam confugientes subleuauerit, quam totus concordiae fuerit, et quam vehementer abhorruerit ab omnibus controvensis, quae tunc ecclesiam turbabant; quot homines non modo in Germania, sed in aliis quoque terris amicitiam eius expeterint et commercio litterarum alere atque adaugere studuerint, quanta denique fama eruditioris atque doctrinae inter eos tunc floruerit, immo eminuerit, qui religioni Romano-catholicae addicti essent: quae omnia, et longe adeo plura, si tibi, Lector Benevolè, videtur, his epistolis legendis facile cognoscere poteris. Miraberisne ergo a me has epistolas esse collectas atque editas, qui vellem Pflugii nostri existimationi et memoriae, cui egregie faueo, tantum, quan-

tum possem, consulere, qui non dubitarem, quin ea, quae tradant hae epistolae, rerum Saxoniarum omnium, in primis vero Numburgo, Cizenkum amantibus, quorum non paucos esse sciām, non minus vtilitatis, quam voluntatis praebitura essent, quique cuperem excitare tandem aliquem, qui vitam Pflugii conscriberet tamquam qualem nondum vidimus, omnesque, qui vere sapient, videre optant?

Quod vero ad epistolās ipsas attinet, in chartis adhuc latebant omnes. Autographa vero eārum, vt lectores sciant, ubi lateant, reliquum est, vt doceamus. Epistolās quidem Riuī patris, et duas priores Riuī filii ad Meurerum et Thammüllerum, et Adami Siberi epistolām pro liberalitate sua Eberhardus, Iurisconsultus Lipsiensis, ex penu sua libraria, quae eiusmodi rebus abundat, nobiscum beneuole communicauit: undecim a Riuio filio ad Georg. Fabricium, et duas Pflugii ad Erasmum Roterodamum et Io. Cochlaeum scriptas bibliotheca Gothana principalis, reliquas autem omnes bibliotheca nostra possidet Episcopalis. Notulas vero, vt viam hinc illinc impeditam patefacerent lectoribus, inter-

dum quoque non satis tritam mutarent, epistolis tam praemittendas, quam subringendas platarunt. Quod si hoc institutum nostrum vobis doctis et harum rerum arbitris non prossus displacuisse intellexerimus, plures ad Iulium Pflugianum scriptas epistolas, aliaque, quae ad res, consilia et acta eiusdem in causa religionis spectant, ut etiam *avvaywv* omnino omnium epistolarum Iulianarum iam editorum, et si quae exstant, nondum editorum, deinceps e tenib[us] bibliothecae nostrae in lucem proferre, et cum sis comunicare conabimur. Scribeb[us] Circae ipsis Nōnis Augusti A. C. ciocioccch.

CONSPECTVS EPISTOLARVM.

| | |
|--|--------|
| 1. Petri Mosellani ad Iulium Pflugium ep. I. | Page 3 |
| 2. Casp. Borneri ad Iul. Pflugium epp. II. | 10 |
| 3. Jani Cornarii ad Iul. Pflugium epp. III. | 8 |
| 4. Eberhardi v. d. Than ad Iul. Pflug. ep. I. | 13 |
| 5. Ant. Welferi et Vuolfg. Scheyb ad Iul. Pflug. ep. I. | 15 |
| 6. Ad. Siberi ad Meurerum ep. I. | 17 |
| 7. Io. Riuui patris ad Meurerum epp. V. | 18 |
| 8. Io. Riuui filii ad Meurerum ep. I. | 25 |
| 9. — — — Thammlerum ep. I. | 26 |
| 10. — — — Georg. Fabricium epp. XI. | 28 |
| 11. Io. Straubingeri ad Iul. Pflug. epp. II. | 31 |
| 12. Ant. de Vuerter ad Iul. Pflug. ep. I. | 36 |
| 13. Philippi et Ant. de Vuerter ad Iul. Pflug. ep. I. | 37 |
| 14. Vuolfg. de Vuerter ad Iul. Pflug. epp. II. | 59 |
| 15. Georgii Vuicelii patris ad Iul. Pflug. epp. VII. | 63 |
| 16. Georgii Vuicelii filii ad Iul. Pflug. ep. I. | 86 |
| 17. Henr. Scribonii, praepositi Prag. ad Iul. Pflug. ep. I. | 89 |
| 18. Vuolfgangi, episcopi Patauenis ad Iul. Pflug. ep. I. | 92 |
| 19. Andr. Neideckeri, Canonici Bamberg. ad Iul. Pflug. ep. I. | 95 |
| 20. Iac. Oethaei, Physici Fuldaei, ad Iul. Pflug. ep. I. | 96 |
| 21. Barthol. Kleindinst, Prof. Dilingens. ad Iul. Pflug. ep. I. | 101 |
| 22. Lud. Grempii, Aduoc. Argentorat. ad Iul. Pflug. ep. I. | 104 |

23. Io. Gropperi ad Iul. Pflug. epp. IV. 106
 24. Viti Amerpachii ad Iul. Pflug. epp. III. 119
 25. Georg. Iudei ad Iul. Pflug. ep. I. 126
 26. Christoph. Aulaei ad Iul. Pflug. ép. I. 128
 27. Mauriti, Episcopf Aistetenfis, ad Iul. Pflug. epp. IV. 136
 28. Petri Canisii ad Iul. Pflug. ep. I. 138
 29. Iulii Pflugii ad Erasimum Roterodamum ep. I. 140
 30. — — — Ioh. Cochlaeum ep. I. 141
 31. — — — Georgium Anhaltinum ep. I. 143
 32. — — — eundem et Phil. Melanchthonem
 33. — — — ep. I. 146
 34. — — — Papam Iulium tertium ep. I. 147
 35. — — — Cardinalem Poluh ep. I. 157
 36. — — — Cardinalem Burgensem ep. I. 161
 37. — — — Instructio Io. Weidemanorum data est. 165
 38. — — — ad Scribonium, Patripol Prag. ep. I. 166
 39. — — — appendix testamenti ob. Ant. I. 168

40. — — — Suppositi delacione ob. 169
 41. — — — S. V. p. 169. Nella circoscr. Mo. 170. 171.
 42. — — — Suppositi delacione ob. 172. 173. 174. 175.
 43. — — — Suppositi delacione ob. 176. 177. 178. 179.
 44. — — — Suppositi delacione ob. 180. 181. 182.
 45. — — — Suppositi delacione ob. 183. 184. 185.
 46. — — — Suppositi delacione ob. 186. 187. 188.
 47. — — — Suppositi delacione ob. 189. 190. 191.
 48. — — — Suppositi delacione ob. 192. 193. 194.

Haud dubie haec epistola a Petro Mosellano scripta est Fribergae, vbi usque ad Festum Michaelis 1517, auctore Andr. Mollero in Theatro Friberg. Chronico c. IX. p. 287, scholae praefuit, deinde vero post Rich. Croci abitum Lipsiae litteras graecas et latinas est professus. Praenissa autem est Commentariolis duobus in usum Iulii Pflugii, tunc annum aetatis duodecimnum agentis, et, nisi fallor, Lipsiae litteris operam dantis, conscriptis eique dedicatis, quorum prior agit de Tenore oeo orationis partium, posterior vero τετρά έγκλιτικῶν μορίων. Extat attem hic libellus manu ipsius Petri Mosellani scriptus in bibliotheca Episcopali, quae Cizae in arce Mauritii afferuatur; verum, quod sane dolendum videatur, manus. Altera enim eius pars perit tota, et prior tantum prograditur usque ad Caput, quod de tenore Participiorum exponit.

PETRVS MOSELLANVS

PROTEGANS

IVLIO PHLVGO SVO

s. p. b.

Egiti mecum aliquoties, Iuli charissime, ut accentuum rationem, quae nobis simplicissima est, apud graecos autem paene infinita, breui volumine perstringam. Quia in re studiunne tuum in græcis litteris ardentissimum, an iudicium plane acre et falli nescium, non solum laudem, sed et vehementer admirer, incertum. Quangiam enim et

A

multi veteres in hac Grammatices partē trādenda sudarunt,
et Theodorus, vir ille quidem omnium doctissimus, in suaē
artis libro tertio hanc doctrinam attigit; tamen cū veter-
rum Commentarii temporum iniuria interciderint, et Gaza
noster¹⁾ alloquin obscurior ac deprauatior, quam vt a tu-
dibus ingeais percipi queat, parcus et velut obiter hanc
rem perfinxerit, visum tibi est operae pretium, eadem de-
re plenius instructiusque aliquid a nobis in medium pro-
ferri. Sed utinam ita comparatum effet, vt quam tu illud
in graecorum arte recte desideras, tam nos huic tuo des-
iderio certe iustissimo pro dignitate satisfacere possemus?
Evidem dum tibi modo gratificemur, laboris taedium omne
deuorabitur. Illud plane edito libello candidis lectori-
bus constabit, ἐλληνικῶν πρεστωδιῶν doctrinam, tum con-
positiorem, tum etiam copiosiorem nostra opera factam.
Vt cunque cadat, tentauimus haec in nostra Germania non
primi solum, sed et pueri: eo magis, si quid fecellit, nobis
veniam dat graecoram prouerbium. Iani si quis est, qui
haec ab alio commodius potuisse tradi contendat, ei non
admodum repugnabo. Quia spes est, fore, vt vbi doctus
quispiam ab homine Mosellano bouem simulacrum yiderit,
ipse arare incipiat, et quod nos conati sumus, non sine
laude perficiat! Tibi vero hoc, quidquid est laboris no-
stri, dicari merito statuimus, optime Iuli, cum quod huius
instituti yobis primas fueris auctor, tum autem maxime,
quod sic de me meritus est Iulius, vt non haec solum, sed
nostra citra exceptionem omnia ei debeantur. Ut enim in-
numera beneficia, quibus nos parum aliqui promerentes
indies onerare non cessas, in praesentiarum omittam, an

1) Dicit: *Gazam noster*; nam enim postea in scholis publicis Lipsiae
interpretatus est, et Iulius Pflug sine dubio ipsi Gazam interpretanti
operam dedit; cf. *Vita Petri Mosellani* a Schulzio edita p. 27.

non et tua ipsius, et patris tui Caesaris²⁾ , viri clarissimi,
opera hic homuncio Illustrissimo Saxonum Duci Georgio
vsque adeo factus est gratus, vt studia nostra tam liberali-
tate soueat, quam nos ipsoſ ab inuidorum³⁾ hominum in-
cursu tueatur authoritate. Quamuis autem nosſri temporis
scriptoribus hic nios est, vt eorum laudibus, quibus lu-
brationes suas inscribunt, bonam praefationis partem oc-
cupent, nos, tamen pro nostra simplicitate, quae, vt tu
optime nosſi, simulare nescit, tu pro tua modestia, quae
laudibus etiam modestissimis aurem negat, a fucis iſis ab-
ſinemus, hoc saltem dixisse contenti, breui fore, vt et ſis
et habearis inter nobiles doctifſimus, inter doctos nobilif-
ſimus; es certe iam nunc inter utrosque studiosifſimus. Ac-
cipe ergo fronte ſerena hos duos libellos, in quo altero
περὶ τόνων, altero de reliquis, quae aptid graecos accen-
tus nomine comprehenduntur, pro nostra virili tractabi-
mus. Quo vero genio, qualiuſ ſucceffu, titum aliorum-
que candidorum eſto iudicium. Vale. Decimo Kalend.
Septembriſ. Anno refitutae ſalutis M.D.XVII.

2) qui erat a consiliis Georgii, Ducis Saxōnum, cui Moſellanus a Pfū-
giis patre et filio forſan commendatus, vti ex iis, quae hic laudat,
apparere videtur, Fribergae tune Lipſiam reuocatus eſt.

3) E go iam tutuſ Fribergae fulloſ videntur, qui gloriae et doctrinae Pe-
tri Moſellani inuiderebant, quorum longe plures deinde extiterunt, cum
Lipſiae muneri litterarum graecarum et latinarum publice docenda-
rum adſtuleretur. E Professoribus Lipſ. p. caeteris Hieronymus
Emferus, Theol. Professor, cf. Schulze I. I. p. 33. deinde quoque mo-
nachi eum infestarunt, ve ipſe quæſtus eſt in epift. ad Erſtmum, cf.
Epp. Erasmi edit, Lugd. Bat. Fol. 1703. pag. 403. Muk quoque
cum eſſent Lipſiae magiſtri, qui Petrum Moſellanum inleſtarentur,
quod nullo Academiae Lipſ. honore ornatus litteras doceret graecas
latinasque, iuſſu Georgii, Ducis Saxon. anno 1519. magiſtri philoſo-
phiae et bonatum auctum eſt adſcriptus. cf. Moller. in Theatro Fri-
berg. Chron. p. 228.

— 4 —

De Caspero Bornero, scholae Thomanae, quae Lipsiae
est, olim Rectore, et Academiae Lips. dictatore, in primis
vero de eius scientia Astronomiae, Historiae, Chronologiae et
Geographiae antiquae, quae ipsa e priori harum epistolarum
elucet, cf. Camerarius in Vita Melanchthonis p. 72. edit.
Lips. 1566. Boehm. de Litterat. Lips. p. 116. 117, vt et: Elo-
gium Casp. Borneri Ernestianum. Epistolae nostrae viden-
tur summa festinatione scriptae.

I.

IMAGINIBVS ET COGNITIONE LITTERARVM
CLARISSIMO VIRO
D. IVLIO A PFLVGK,
A CONSILIIS ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS NOSTRI,
PATRONO SVO
ANTE OMNES OBSERVANDO.

Salutem. Accepi litteras tuas, Iuli Clarissime atque Optime, decima quinta Iunii mensis die, Kalendis eiusdem mensis scriptas. Aberat eo tempore herus meus Misniae, vt alii, tibi. Vixdum ad sua reuerso tractata est res tua iu Reineciana suppellectile, et si tum fesso fuisset, qui Dresden ¹⁾ perferret, statim intellexisses illorum de ista re sententiam. Nunc in ipsis vix Nundinis Numburgensibus repertus est quispiam ad id epistolae idoneus, partim quia perfidi tui sunt, partim quia ego occupatus eram nonnihil. Et ea sane causa h. e. tabellariorum raritas tibi quoque fuit, vt Nomismata simul, et quidquid est plumbeorum

¹⁾ Iulius Pfug post redditum ex Italia, ubi Bononiae adhuc 1520 operam litteris dabat, (cf. Ep. Eberhardi v. d. Than, quae mox sequitur,) a consilio Georgii, Ducis Saxoniae Dresdae iam 1522 fuisse videtur, cf. Coelestini historia Comitiorum Augustae Vindel. celebratorum an. cccccc. T. IV. p. 185.

operum neglexeris, postquam ante Dominicam Iubilate aut
Paulo post, (quod spatium tibi praefinierem) nihil respon-
disse. Nesciebant testamentarii tibi tanto tempore nihil
referenti quid tandem ficerent, maxime cum alter ille 65
florenos non illibenter obtulisset, quem emtorem tam feli-
citer oblatum sibi minime reiiciendum arbitrati sunt. Erant
autem partes 1200: aureos 30 statim, reliquos hundinis no-
stratisbus persoluit. Praedicabant te praepositum esse, si
animi tui sententiam scissent in tempore. Ignoscet ergo,
Iuli Clarissime, ignorantibus. Reliqua te omnia manent,
donec responderis. Pretia autem videntur sibi constituisse
certa eaque tolerabilia. Si quid vero aliud restat pictura-
rum aut instrumentorum, significato nobis quam primum,
quid velis. Sed ne nullam tibi rationem subtexero, sic ha-
beto de rebus hisce chartae huic, quam cernis, inscriptis.
Variarum concionum duos reperi libros: utrumque tibi
destinaui. Adieci et Constit. Rerum Vng. libellum aliis
quibusdam nunquam coniunctum. Roma elegans est, Ro-
maeque aeneis typis expressa. Constantinopolis obscurior;
sed pro Germaniac tabula, quam tu significasti, obscurissima,
et partim, quod certum habeo, mendis aliquot infami,
ego nullam solam Germaniae ὑποτύπωσιν, sed am-
plam illam, et quam a coniunctis hinc inde regnis Euro-
pani vocant, chartam non ignobilem subieci. Et haec ea-
deni picta vel sola aureo multis modis empta est. Et map-
pa illa per tempus et per silentium tuum ab alio, nempe
D. Doctore nostro tibi praerepta est: cuius vices charta
maxima, siue mappa illa recentissima Argentinensis sugge-
rit. Et ego tibi certe fateor ingenue hanc illi longe me
interuerso praetulisse semper, propterea quia prior nihil
extra Ptolemaicum habet, immo quod habet, tenuiter ha-
bet. Haec vero neglectis Ptolemaicis sitibus nostrae aeta-
tis experientia nixa veteres non paucos errores indicat, ve-

teresque nouis nominibus, quod oportebat omnino, appellat. Globus sua pecunia, quantum ego iudico, melius est. Caesares eosdem, quos ante hanc, adseruamus praeter tabellam, in qua simul Iulius, Augustus et Pompeius, quam vti Reinecus noster semper fecit maximi, ita nunquam mihi artifit. Si quid picturarum est praeter has, velim signifies quam primum. Ego, quod ad rem meam attinet, factus sum non Ludimagister, sed vicarius Poliandri, vt qui ludo nondum renuntiauit, ne si forte post hunc annum Lipsiae desiderio reuerti animus esset, non haberet, quo se reciperet. Christus igitur aspiret coeptis! Kalendas Septembribus migrabo Lipsiam cognoscendi gratia: sub Nundinas arripiam gubernacula ⁱ⁾). Gratias vobis habeo omnibus, praesertim tibi amico et patrono omnium mihi maxime venerando. Vale: ex Lipsia, quo biduum haec fecessi. M.D.XXII. V Non. Jul.

Raptim.

T. D d.

C A S P. B O R N E R V S.

Placeret nihil palam de ludo
praedicare te adhuc,

i) Nemo adhuc fuit, qui certo sciret, quo anno Bornerus adierit manus Rectoris, sive, quemadmodum tunc dicere solebant, Ludimagistri scholae, quae Lipsiae est, Thomanae. № Ernestius quidem, quo anno factum sit, ut Poliandro Regiomontum abituro successor datus esset Bornerus, non satis liquere in Elogio laud. p. 12. insitiat. Eum itaque anno 1522 post Festum diem Michaelis gubernacula scholae Thomanae suscepisse, ipsa Borneri verba ita docent, ut dubitatio relinquatur nulla.

7.
3.
REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI,
VIRO AMPLISSIMO DOCTISSIMOQUE
D. IVLIO PFLVGK,
NUMBVRG. ECCLESIAE ANTISTITI ELECTO,
DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

Mentii.

Ream agens Mulhusium, Turingiae ciuitas, litigat cum Reuerendissimo D. Moguntino et cum alijs coenobiis in Eichsfeldio Spirae in iudicio. Inposito autem huic petito, potius oneri probationis rea commissarium explorandis testibus impetrarat D. Stramburgum ²⁾, sed is euoluens se ob occupationes Ducales in me deriuauit hanc molem, a qua et eiusmodi genere a pueris semper abhorru: nihil ille veritus, cum tamen me aedificationi Paulinae ³⁾ et toti administrationi talium rerum immersum sine ingenti publicarum scholae rerum detimento abesse non posse sciret, tamen necessitate qua nescio impulsus hoc feci. Venit itaque tabellio hic, Amplissime Praesul, ad Reuerend. D. Moguntinum ⁴⁾ evocatorias s. citationis literas afferens vna cum articulis. Is cum sit illiteratus et talium inadsuetus, praemonstratore indiget, ne quid inciule, ne quid praeter ius e suctile factum esse videri possit. Inuoco itaque Amplitudinem Tuam, vt ex aula Tua aliquem ei comitem adiungat illa, vt modum, quo pertingere praesentem Archi-

2) Stramburgum, Syndicum tunc Vniversitatis litterarum Lipsiensis.

3) eff. Boehm. de Litterat. Lips. p. 62. Ernesti I. l. p. 15 sqq. et Felleri memoria Borneri Catalogo Codd. Mscrr. bibliothecae Paulinae praeposita, p. 37 sqq.

4) Iulius Flug, Canonicus quoque Moguntinus, tum nondum in Episcopatum suum Numburgo-Cizensem ab Amsdorffo occupatum restitutus plerumque habitabat Moguntiae, siue, vt tunc quoque dicere solebant, Mentii.

episcopum possit, cognoscat beneficio Tuae Celsitudinis. Cui hoc inuitus imponere debui onus, nisi quoque spectanda fuit negotii, immo potius citantis maiestas. Peto itaque supplex imputationem meam Cl. Tua boni consulat, et me hac parte, quod Celsit. Tuam mihi clementissimam iam indies pernoui, apud se excusat. Scripsisse omnium rerum huius loci statum, sed quia tenuiter nolui, nec copiose per tempus et deiectam animi sortem potui, non ferret aegre Clar. Tua, quod id in tempuscum haud ita longum extraham: cui me totum do et dedito. Suaniter ac fortiter in Christo vale, Iuli optime. Lipsiae in feriis Margaretae Virginis 1545.

CELS. T. d.

C. BORNERVS D.

Ianus Cornarius, Zwiccauiensis, vir graece doctissimus, ad Iulium Pflug, Episcopum Numburgensem, has epistolas scripsit tum, cum in vrbe patria artem medicam. exercebat. Audiuit quidem ipse, sicut Iulus Pflug, Petrum Mosellanum, litteras graecas et latinas Lipsiae tradenter, sed non, vti videtur, uno eodemque tempore. Etenim si ambo Petro Mosellano docenti vna assedissent, haud dubie Cornarius iam tum in Vniuersitate litterarum Lipsica in notiam, immo amicitiam Pflugii venisset, nec se, vt ex prima patet epistola, hunc incognitum dixisset. Janus autem Cornarius anno 1517 Rectore Paulo Dhum, Parthenopolitano, ciuibus Academicis est adscriptus nonnihil Iohannis Haynpöll ex Zwiccauia. Cff. Melch. Adam. in Vit. German. Medicorum p. 85, et Zeulner Vit. Professor. Jenens. Claff. III. Cacterum ex his Cornarii litteris licet

perspicere, quanta angusta fuerit eius res domestica, et quanta liberalitate atque humanitate Julius Pflug inopiam eius subleuarit,

I.

REVERENDISSIMO AC ILLVSTRISSIMO PRINCIPI
ET DOMINO
D N O I V L I O,
ECCLESIAE N Y M B U R G . E P I S C O P O L O N G E D O C T I S S I M O
AC OPTIMO,
DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

S. D. Sicut nihil veritus sum, Iuli Pontifex, reuerende et illustris princeps ac domine, quo minus superioribus annis a me composita, collecta et correcta Diui Basili Magni ¹⁾ scripta graeca, eademque per me latina facta, reuerendae Pietatis tiae nomini a me inscripta ac dedicata, typis excudenda committerem; ita nunc nihil dubitauit graecorum operum exemplare recens a praelis allatum ad R. P. T. mittere, id ipsumque eidem antea consecratum nunc dono dare, missurus et latinum quamprimum huc ad nos affe- retur. Adieci autem etiam nunc recens editos libellos duos ²⁾ meos inauspicati quidem, sed utilis admodum ar-

1) Exempla Basili latini et graeci, cum praefatione græca, ad Iulium Pflug iam 1549 scripta, edit. Basili. 1551 fol. reperiuntur in bibliotheca Pflugiana, quæ Cizae afferuatur. Plerique, qui de scriptoribus græcis eorumque editionibus expoſuerunt, hanc Basili græci ignorant editionem. Basilius vero a Cornario latine versus prodiit Basili. 1552 fol. sed praefatio, quam scripsit Iulio Pflug, 1549 iam fuerat absoluta.

2) Scilicet de Peste duo libri, Basili. 1551. 8. quos ad D. Hulderichum Mordisum, Illustriſſ. Saxoniae Ducis ac Principis Elec̄toris Mauricii Cancellarium scriptos eum dono misisse Iulio Pflug, e fronte exempli, quod bibliotheca Cizenſis possidet, ipius Cornarii verbis ornata ap- paret.

gumenti, vt essent *ἐν προσθήκῃ μέρει*. Fatoꝝ munus esse exiguum, et ab homine R. P. T. ignoto profectum. Verum ea semper fuit literarum et liberaliorum studiorum dignitas, vt maximi principes, reges ac Imperatores dignissimi viderint voluerint, quibus illarum opera etiam ab obscurissimis exhiberentur, offerrentur et dedicarentur. Quo magis mihi visum fuit sanctissimi viri scripta sub R. P. T. fulgore invulgare, non tam, vt illi gratificarer, quamquam et hoc maxime studio habuerim ac habeam, quam vt R. P. T. splendore illustrata omnes verae pietatis studiosos ad se inuitarent. Totum autem meum hoc studium arbitror R. P. T. magis per se agnitoram esse, quam vt expectet a me vel praetextum, vel cauſificationem aut declarationem aliquam ampliorem. Hoc igitur ſolum eſt, quod peto. Reuerenda Pietas Tua velis studii ac voluntatis meae maiorem rationem habere, quam muneric aut facti, mei, cui nunc ampliendo tenuitas mea non sufficit. Nam si haec non ingrata eſſe intellexero, ſicut non fore penitus mihi persuasi, apud te et pietate et doctrina et eloquentia praeſtantium praefulem, magnam mihi fenestrām apries, etiam alia quaedam, quae ſub manibus habeo propemodum abſoluta, adornaudi, vt in nominis Tui splendore honeste apparere poſſint. Quo nomine etiam nunc R. P. T. commendatiſſimus eſſe cupio. Valeat R. P. T. feliciter. Zuiccauii V Maii die, anno Chrifi M.D.LI.

R. P. T.

addictissimus

IANVS CORNARIVS,
Med. D. et Physicus Zuiccauen-
ſium.

REVERENDISS. AC ILLVSTRISSIMO PRINCIPI
 AC DOMINO,
 DOMINO IVLIO,
 ECCLESIAE NVMBVRCENS, EPISCOPO PIENTISS.
 DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

S. D. Ex proxime habito colloquio, ad quod Reuerenda Pietas Tua me benignissimis literis invitatum adnisiit, cognoui inter caetera, quorum iucundissima est mihi recordatio, insignem quandam benevolentissimi erga me animi tui, Reuerende ac Illusterrime Princeps, significationem, eamque subinde repetitam, illo etiam tandem addito, non esse iam ad manum, quod R. P. T. mihi offerre destinasset. Itaque etiam si hactenus nihil mihi oblatum sit, tamen quicquid id est, eo loco depositum esse scio, quo aequet tutum ac apud me ipsum est, nisi quod aliquo modo timendum esse mihi video, ne eo suppresso aut intercepto, si forte alicui commissum esset, et Reuerendae Pietatis Tuæ beneficium mihi, et illi meritae ex me gratiæ pereant; quamquam neque hic etiam curiosior sum, sed hanc moram sanctissimis studiis et occupationibus tuis adscribam. Maxime autem vellem, Illustris Princeps, non solum me ipsum, sed etiam liberos meos R. P. T. commendatissimos esse. Quum enim filios quatuor habeam, quos bonis literis et philosophiae ac verae pietatis studiis instituendos curo, quorum primus Achates³⁾ iam in secundum annum

3) Achates (cf. Iosephi Lex. Brud.) fuit medicus Greucenaci, unde epistolam ad senatum Francofordensem scriptis, eique patris versionem latinam dialogorum Platonis cum Eclogis in eos dedicauit et edidit Basil. 1561: quam epistolam Fischerus praemittendam curauit Iani Cornarii Eclogis in dialogos Platonis Lips. 1771. 8.

Lipsiae patris sumtu satis difficulter degit: alter Diomedes⁴⁾ breui eo mittendus est: reliqui duo adhuc hic in ludo literario versantur, optauerim hos eum R. P. T. anistium erga se, experiri, quo vere paterno veri Episcopi, qualem vere te agnoscimus, erga dioeceseos⁵⁾ fuae adolescentes literarum studiosos affecti esse debent, nimirum ut Ecclesiasticis beneficiis ad studia sua excoleinda iuuentur. Itaque ut erga ipsos benigne se in illis conferendis R. P. T. exhibeat, rogo et obsecro, et pro ipsis polliceor, illos et beneficia agnituros et gratios futuros, his praefitiis obsequiis, quae merito a Ihsis Episcopus exigit et expectat. Cuius rei etiam eo ampliorem fidem R. P. T. facere non dubitauerim, quod et me ipsum et omnia mea in clientelam tuam submittere paratus sum, si quis mei et meorum usus apud R. P. T. esse posset. Profecto ut eo mihi animus inclinet, praesens etiam occasio facit, quum et in ista ciuitate tua medicus desideretur, et Cornarius suis fordeat, ut plerunque domestica solent. Proinde R. P. T. persuasissimum esse cupio, me totum illi ita addictum esse, ut nihil, quod illa imperet, subire verear, et quicquid in rebus meis, exiguis illis, et in viribus, quarum tenuitas ex editis scriptis non adeo obscura est, situm est, in illius usum, honorem ac gloriam expromere promptus sum. Quod si R. P. T. vicissim pro illa sua erga me benignitate iam mihi aliquid de frumento robo appellato, et in roken a nostris corrupto, itemque de tritico mittere dignabitur, ut sit, quo familiam eo facilius in hac ingrauescente annonae caritate alere per hyemem possim, nihil nunc mihi magis commodum ac gratius con-

4) Diomedes non tantum Ienae, Vitebergae et Viennae, ut loecherus in Lex. Erind. ad h. v. tradit, sed in Academia etiam Lipsica litterarum causa versatus est.

5) Urbs Cygnea tunc in rebus sacris Episcopatu*m* Numburgo-Cizensi suberat.

tingere potest. Quare ut hoc mihi contingat, commissione data quo sua vectura id ad me perferatur, R. P. T. obnixissime oro, eamque feliciter valere opto. Zuiccaui in vigilia Diui Laurentii. Anno M.D.II.

R. P. T.

obsequientiss. per omnia
IANVS CORNARIVS,
Med. D. et Physicus Zuiccauien.

3.

REVERENDISS. AC ILLVSTRISSIMO PRINCIPI,
AC DOMINO,
DOMINO IVLIO,
ECCLESIAE NVMBVRGENS. EPISCOPO VIGILANTISS.
DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

Cizii.

S. D. Frumentum a R. P. T. missum accepi. Gratias nunc maximas ago. Nam ut eas referam, nullam puto esse expectationem, e tam curta nostra supellectile. Declarabo tamen per omnem occasionem meam erga R. P. T. obseruantiam et officium ac fidem in his, quae ego praefare possum, tum vltro, tum ad imperium, ad quod paratissimus semper ero. Vale Illustris Princeps ac Domine. Zuiccauij VIII Calend. Septembr. M.D.LI.

R. P. T.

deditissimus
IANVS CORNARIVS, Med.

Eberhardus v. d. Than, siue, vt alii scribunt, v. d. Thanne, vel Tann, inde ab anno 1511 usque ad an. 1521 Vitebergae, Erfurti, Bononiae, Paravii et Friburgi operam

dedit litteris, fietit semper a partibus Lutheri, et denique
fuit a consiliis Iohannis et Iohannis Friderici, Electorum
Saxoniae. cf. *Spangenbergs Adelspiegel* Tom. II. p. 62.
Ioecheri Lex. Erud. ad h. v. et Io. Coufr. Moerlini, Direc-
toris olim Gymnasii Altenburgensis, *Programma de Eber-
hardo a Thann, 1755.* infertum quoque libro: *Denkmahl
der Altenburg. Jubelfreude, 1755.*

I V L I O P F L V G K,
GERMANO DOCTRINA ET NOBILITATE INSIGNI
BONONIAE LITERAS NAVANTI,
A M I C O I V C V N D O.

S. III Kalendas Martii scripsi ad te studii nostri constituti-
onem, prout a me tuis petiisti; has te arbitror accepille;
quamobrem ordine ea repetere iam desino: modo tantum
haec tibi spondeo, te contuientius studium, salubrius coc-
luni et paratiorem Italiae locum non habiturum; praece-
ptores docti et excellentes ita, ut uno Rhomulo 1) deinceps
doctiores desiderare aut aliunde petere non sit opus. Erudi-
tionem atque singularem Rhomuli secundiam requiris
profecto, et dignum, quod te inibi detineat. At nos multo
magis constantiam et semel promissum pactum in hoc homi-
nem et tam diuino ingenio requireremus. Mirum ut hoc
commune Italiae malum tam late serpuit, et sic radicem
funditus infestit, ut nec ex cultissimo agro possit aliquan-
tis per extirpari. Sed positio examine video te hunc homi-
nem non sic velle amplecti, ut corporis pericula temere

1) h.e. Romulo Amaseo, qui iam anno 1520 Bononiae litteras graecas
et latinas est professus, ut ex hac epistola patet. Ioecherus vero in
Lex. Erud. ad h. v. eum 1521 adhuc Paravii haesisse, et quatuor annis
post Bononiam abiisse, opinatur.

fubeas, et innocens in media tyrannide vix tutus verteris.
Haec scribo ad te, non ut sciam meis monitis te egere, sed
quia expertus virtusque loci commoditatem facilis eam,
qua alteri alter praefiat, perspiciam. Noti ego te tran-
quillitatis obseruatorem esse: mores vero istos ita, ut coe-
lum istud infestum studiosis, plerosque abhorre. Iohanni
Fuchs praesentes literas offer, et insia, ut iam alteris meis
respondeat: nuntius is redibit. Philippus Obermagrus iam
conducta domo nobiscum vivit. Te maiori spe exspecta-
mus, deinde laetitia excipiemus. Noui nihil. Spigello et
caeteris amicis salute m ex me dico. Vale, ex Padua l*III*
Kalendas Aprilis: anno M.D.XX.

EBERHARDVS v. d. THAN.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI

AMPLISSIMO QVRB PRINCIP

I V L I O,

NEVMBVRGENSIS ECCLESIAE EPISCOPO,
DOMINO NOSTRO, AC PATRONO PERPETVO
COLENDO.

Cum ea virtutum tuarum, Antistes dignissime, apud om-
nes, quibuscum semel conuersatus sis, praedicatio reman-
serit, ut cuiuscunq; status hominibus iucundissimum sit,
familiaritatis, qua; tecum intercessit, recordari. Haec ea-
dem quoque apud nobilissimam Germanicam nostram Na-
tionem post longa tempora, cui memoria relicta est, quod
proprietate familiae claritatem, vitae honestatem, morum ama-
bilitatem, omnis denique generis doctrinae excellentiam,
quibus multivariis varie Nationem clariorem reddidisti
omni officiorum genere se tibi deuinctam esse libere agno-
scat. Quod autem hactenus suam benevolentiam, nullis

— 10 —

litteris gratulatoriis propter egregiam illam Episcopalem dignitatem in Dioecesi Neumburgeni vltro tibi maximo honorum omnium applausu oblatam, non declarata est, id equidem praeter expectationem ob turbulentissima communis patriae tempora, nec beneficiorum tuorum, neque officii nostri obliuione commissum est. Nunc cum doctus ac nobilis vir, Nicolaus ab Ebeleben, collega noster, suam nobis in deferendis reddendisque litteris operam offerret, alacri ac grato animo occasionem diu multumque exoptatam suscepimus, omnemque nostri munera ob temporum iniuriam nobis inuitis intermissionem commissam, ianuam pro nostro erga te singulari affectu debitoque officio purgandam esse necessariam duximus. Quapropter non quod laborum ac virtutum tuarum dignum praemium consequens sis, omnes nos ex animo tibi gratulamur. Sed quia hoc quasi ad majora adsum p̄aeberet videtur, precamur Deum Optimum Maximum, que te pastore ones sati iam vagabundae et in deuiis deerratae recta via ambulare incipient. Nos quoque te, qui semper Collegium nostrum plurimis beneficiis amplexum habuisti, iam magno honoris gradu ornatum, enixe etiam atque etiam rogatum volumus, ne antiquum ac benevolum erga nos animum exhas, sed pro tua munificentia ac liberalitate rebus quibuscumque potes, magis magisque nos commendatos habere digneris.
Datae Bononiae Nono Kalend. April. Anno XLVIII.

REVERENDISSIMAE DIGNITATIS

deditissimi clientes

ANTONIUS WELSER, et

WOLFGANGVS SCHHEYB,

Nobilissimae Germanicae Nationis Bononiae
Procuratores ac Comites Palacini *).

* Epistola, qua Iulius Pflug his Germanicae nationis procuratoribus respondit, addito benevolentiae memoriaeque causa dono viginti aureorum Rhenenium, extat in Cypriani Tabulario Ecclesiae Romanae seculi decimi sexti p. 541.

Vitam Adami Siberi, qui primus fuit Rector scholae illuſtris, quaē Grimnae ad Muldam floret, conscripsit Schumacherus, et edidit Grimnae 1719. Epistolam nostram scripsit tum, cum adhuc in schola Fribergensi litteras docebat.

VIRO DOCTRINA PRAESTANTI
VVOLFGANGO MEVRERO,
PHILOSOPHIAE ET GRAECARVM LITTERARVM PROFESSORI,
AMICO SVO

Lipſiae.

S. Prospexit et incolumem tibi ex Italia ad nos redditum, Vwolfgange doctissime amicissimeque, ex animo gratulor, vtque et tibi is voluptati et toti reipublicae utilitatij sit, etiam atque etiam opto. Paucis ante diebus quam Beichlingo abiret proxime Fabricius noster, inter caetera, quae ad nos tunc temporis scribebat, vt Iulii Pflugii in obitum Mosellani, quam apud communem hic articuli nostrum Valentimum Graephium ¹⁾ sciebat esse, orationem, et describendam ²⁾, et si aliter non possem, ad te missam Vuertero porro perferrandam curarim, rogabat. Qua in re, ne homini amico officio deessem meo, libenter morem gerena, vt describe.

1) vel, Grauium, senatorem urbis Fribergensis, et Electori Saxonie a decimis metallorum, cui Georg. Fabricius Virgilium suum a. 1551 inscripsit.

2) Hinc patere videtur, orationem Iulii Pflugii funebrem in mortem Petri Mosellani tum nondum typis excusum fuisse. Haud dubie, quum eam omnes, qui rebus Petri Mosellani et Iulii Pflugii h. c. litteris humanitaris fauarent, legere cuperent, sine loco et anno 4to postea demum edita est, quam Cizae 1793. 8. repetendam curauimus.

retur; curaui, eanique tibi mitto. Nunc ergo thum erit,
nobis non gratae tuum officium p̄taesiare, vtque Vuerte-
rus accipiat orationem dare operam. Gratum hoc nobis
vehementer erit. Bene vale, vir doctissime, meque, si id
mutuo facturum scis, dilige. Ex Fribergo VI Cal. IXbris
anno M.D.XLIV.

ADAMVS SIBERVS

Tius.

Quinque epistolae, quae sequuntur, a Io. Riuio, pa-
tre, scriptae sunt ad Vuolsg. Meurerum; qui, vt ex ep. 1.
apparet, primum praefuit scholae Nicolaitanae, quae Lipsiae
floret; deinde vero in Vniuersitate litterarum ibidem dō-
cuit Philosophiam et artem Medicam. cf. Boehm. de Litte-
rat. Lips. p. 65. et Melch. Adam. in Vitis Germanorum me-
dicorum p. 248 sqq. Vitam Io. Riuii, Attendoriensis, de
scholis, quae Cygneae, Annabergae, Mariabergae, Schnee-
bergae et Fribergae florent, et de re litteraria omnino me-
ritissimi, scripsere Georg. Fabricius, quae reperitur in Riuii
Opp. Theolog. Basil. 1562, in Adami Vitis Theologorum
Germanorum et in Wilischii Incunabulis scholae Annaber-
gensis, et nuper Caietanus Augustus Iahn, iam iuridicus
praefecturae Leucopetrensis, quae prodiit Byruthi 1792. 8.
Secutus quidem est Vir Iurisconsultissimus et rerum Saxon-
icarum peritissimus, ducem Georg. Fabriciuni, interdum ta-
men, quum intelligeret, non omnia, quae ille tradidisset,
sibi constare, ab eo discessit, eumque entendauit. Gottle-
berius autem, praceptor de nic rebusque meis immortalis-

ter meritus, tunc, cum scholae Annaeionanae administratione se abdicabat, et scholae Electoralis Misnenensis prouinciam suscepturnus erat, in programmate: *De Ioanne Riui, Rectori quondam Annabergensi, bene de re scholastica in Misnia merito.* Annabergae 1771. 4. eleganter differuit. Prima Riui epistola scripta est Fribergae, vbi adhuc regebat scholam eius vrbis; reliquae vero Misena missae sunt ad Meurerum, in qua vrbe tum senatu Ecclesiastico a Mauritio duce Saxoniae constituto praefide Henrico a Büna cum Wenceslao Neumanno Iurisconsulto, et Laurentio Schroetero, Superintendentū, assidebat, simulque ei inspeccio scholae Afranae erat commissa. cf. Georg. Fabric. Res Misnic. p. 195.

Ex epistola prima, qua Riuius discipulum quendam Meurero commendat, eum adhuc an. 1540 mense Septembri praefuisse scholae Fribergensi, neque comitem et rectorem studiorum Augusti principis iam tum fuisse in Vniuersitate litterarum Lipsica satis appetet. Cf. *Sächsische Merkwürdigkeiten* p. 785. Boehm. l. l. p. 87. et Iahn l. l. p. 32. Ergo vel ad finem huius anni, vel proxime sequenti demum anno Riuius Augustum principem litterarum causa Lipsiam deduxit, quam vero vrbem, vt Casp. Bornerus narrat in: *Descriptione rerum Paulin.* quae nondum typis excusa in bibliotheca Pauliana Lipsiae asseruatur, Augustus Dux statim post mortem Henrici Illustriss. patris die V. mensis Augusti 1541 reliquit.

VIRO DOCTISSIMO ATQVE HUMANISSIMO
M. WOLFGANGO MEVRER,
SCHOLAE SENATORIAE APVD LIPSIAM MODE-
RATORI,

S. Adolescentem, qui has tibi litteras reddit, Vir humaniſſime, commendatuiſ habeas velim, ſi qua in te forte conſilio et auxilio tuo habeat opus. Nam et me praecēptore eſt biennium ferme uſus, et ſe ita hic geſſit, ut de eo queri nemo poſſit. Mihi quidem et ingenium eius, et mores vehementer placent. Si quid eſt, in quo tibi ego vi- ciſſimi inferire, aut gratificari queam, de eo certior abſ factus, non decipiā expectationem tuam. Haec breuiter, ut valde occupatus, adolescentis gratia ſcribere a te volui. Bene vale, mi Wolfgang, neque tuum et eſſe et ſemper fore, perſuaſum habe. M. Wolfgango Sibuto meis verbiſ ſalutem dices. Friberti VI KL. Octobris. Anno MDXL.

Io. RIVIVS
Tuus.

Adiit Io. Rinius filius, Annabergae natuſ, qui iam, ut e tabulis Academiae publicis patet, anno 1541 Rectore Börniero in eas illatas fuerat, anno 1545 Academiam Lipsicam, et anno 1549, ut ex ep. quinta patris appetat, adhuc ibi litteris operam dedit. Itaque, ut Ludouici in Historia Gymnasiorum scholarumque celebriorum Part. III. p. 197. temere tradit, praeeunte Zadero in Chronico Cizensi, cuius autographum in bibliotheca Cizensi exiſtat, iam inde ab anno 1540, vel auctore Ioechero in Lex. Erud. sub h. v. inde ab anno 1546 ſcholam Cizensem regere non potuit. Equidem non negauerim, fieri poiuiffe, ut, quum quidam adeo Ri-

— 28 —

vium patrem Cizae scholae praefuisse contendant, auctore
Iulio Pflug, tunc collegii Canonicorum Cicensis praeposito,
et Riuii, sicut omnium tunc temporis doctorum hominum,
patrono, is ad scholam condendam Cizam vocaretur. Interim
tamen in tantis turbis, quibus Ciza religionis causa
tunc premebatur, iam scholam in hac vrbe esse constitutam
vix credibile videtur. Iulius Pflug itaque, quam turbis
paullatim sedatis ad Episcopatum Numburgo Cizensem
eiectus tandem Cizae habitaret, sine dubio scholam Cizae
condidit vel potius instaurauit Episcopalem, eique Riuium
filium rectorem primum praeposuit. In praefat. in Tabb.
de Offic. Ciz. ipse Riuius: *se ad exercendam publicam do-*
ctrinam et erudiendam adolescentiam a Iulio Pflug. Cizam
esse arcessitum, p. 4. testatur. Id autem vel in eius anno
1550, vel exeunte anno 1549 demum factum esse, epistola
altera a Io. Riuiio filio Cizae ad V. Nonas Martias MDC ad
Thammiüllerum, doctorem Medicinae Lips. et decima ad
Georg. Fabricium satis confirmant.

2.

VIRO DOCTISSIMO ATQVE HUMANISSIMO

D. WOLEGANGO MEVRERO

AMICO INPRIMIS CHARO.

S. Nuper quum hic essem, Meurere optime, tecum de
filio meo Ioanne, qui has tibi reddet, agebam, cuius te et
studia gubernare, et scripta, quod commodo tuo fuerit,
emendare velle. Iterum ergo nunc abs te peto, hac in
re voluntati meae ut obsequi ne graueres. Quidquid pro
diligentia et labore tuo poposceris; libenter ac liberaliter.

dabo. Ac praeterea si qua in re vicissim aliquando inferire aut gratificari tibi potuero, senties re ipsa me, quam verbis, paratiorem. Quid audire publice debeat, quod quidem maximo sit ex ysu eius, ipse statues. In omnibus eum iussi consilium tuum sequi, et praeceptis atque monitis parere. Non dubito, quin habiturus discipulatum sis non minus obsequenter ac dicto audienter, quam assiduum in studiis atque diligentem. Bene vale, vir amicissime, ac filium meum tibi iterum atque etiam commendatum habe. Viros optimos Camerarium et Bornerum meis verbis salutes velim. Misenae VII Idus Iulii anno a salutifero partu
MDXLV.

JOAN. RIVIVS
Tuus.

3.

VIRO DOCTISSIMO ATQVE HUMANISSIMO
D. WOLFGANGO MEVRERO,
ACADEMIAE LIPSICAE RECTORI,
AMICO IN PRIMIS CHARO.

S. Quid filius petat, cum e literis tuis, tum coram ex ipso intellexi. Ego vero, mi Meurere, totum hoc, quicquid rei est, fidei tuae anforique erga me, antehac mihi perspectissimo, commendatum esse volo. Qua de re pluribus tecum filius aget. Mihi ad proximas nundinas pecuniam ad coemendos libros, de quibus scribis: neque caeteris in rebus patiar desiderari officium meum, praesertim quod ad Magisterii titulum attinet, quem tantopere filius ambit. De concertatione miror te etiam nunc meminisse, quum ea res omnino exciderit ex animo meo, nec tam male de me sentire arbitror, ut succensere tibi me aliquid credas. Ego quidem certo, mi Meurere, eo erga te animo sum, quo in

fratrem germanum vix esse quenquam putem. Itaque de me tibi tuisque optima quaeque pollicebere. Efficiam, ut re ipsa ad inseruendum tibi, quam verbis paratiorem sentias. Bene vale, ac filium meum tibi, vt facis, commendatum habe. Misenae VIII Kl. Non. Anno XLVII.

Aegidius Schwennemelius a me petiit, vt se tibi commendarem. Si quid exsisterit, in quo tua ope, autoritate, gratia ei sit opus, velim iuuenem optimum et mihi charissimum, qua re cunque possis, inves. Id erit mihi pergratum. Iterum vale.

IOAN. RIVIVS

ex animo tuus.

4.

VIRO DOCTISSIMO
D. WOLFGANGO MEVRERO,
AMICO SVO SINGVLARI.

S. Quid a me petierit filius, id ex eometipso coram intelleges. Et quia omnia sibi de tua erga se benevolentia pollicetur, tu quoque, mi Meurer, vna cum D. Camerario dare operam velis, vt voti compos fiat. Nil mihi facere gratius hoc quidem tempore potes. Ego vicissimi et priuatum de te tuisque, vbiunque potuero, et publice de Academia vestra, sicubi occasio dabitur, id quod futurum aliquando spero, bene mereri non cessabo. Bene vale in Christo, vir amicissime, ac filium meum, ita vt facis, tibi commendatum habe. Spero talem Dei gratia et benignitate mansurum, vt te huius discipuli aliquando nec pudere nec poenitere debeas. Misenae V Idus Aprilis. Anno XLVIII.

IOAN. RIVIVS
tuus.

5.

VIRO PRAESTANTISSIMO
D. WOLFGANGO MEVRERO,
ARTIVM ET MEDICINAE DOCTORI,
AMICO IN PRIMIS CHARO.

S. Quo in statu sint res filii mei, discipuli tui, optime te, mi Mevrere, nosse arbitror. Itaque te pro mea singulari erga te benevolentia oro, vt quacunque in re consilio, gratia et autoritate tua filius vti volet, ei ne defis, et quod ipse met, si praesens istic alessem, facerem, id tu quaeſo facere ne grauere, vt et consulendo et monendo et adiuuando meas quodammodo partes fuscipias, et patris officio fungare. Hinc ad caetera tua erga filium meum beneficia, quaque sunt innumerabilia, quasi cumulum addas velim. Ego vi- cissim quibuscunque in rebus aut tibi aut tuis inferuire ac gratificari potero, efficiam profecto, vt memorem et gratum dicas. Benē vale in Christo, vir mihi charissime. Milēnae III Cal. Iulii. Anno XLIX.

IOAN. RIVVE
Tuus.

Epistolæ Rivii filii longe cedunt elegantia iis, quas pater seripſit. Altera in primis epiftola scripta; videtur animo follicito et male affecto: vbique trepidat ac dubie haeret, quum auctor eius videretur nescire, quomodo morām solutionis aeris alieni excusaret. Caeterum hic quoque industriam duabus scholis, Cicensi et Halensi, deinceps regundis, cf. *Dreyhaups Beschreibung des Saalkreyzes* T. II. p. 197. vt et doctrinam suam libris variis edendis, cf. epp. sqq. ad Fabricium, probauit. Ludouici in Hist. Gymnas.

et schol. celebr. P. II. p. 60, et Ioecherius in Lex. Erud. ad h. v. nominant modo: *Locos communes philosophicos, qui ad Logicam spectant, diagrammatum tabulis delineatos.* Glauchae 1570. fol. Edidit vero etiam Σχηματισμος, tabulas trium M. T. Ciceronis librorum de Officiis. Basil. 1561. Fol. easque inscripsit Iulio Pfleg, quod exemplum huic dedicatum exstat in bibliotheca Cizensi. Iahnius quidem l. 1, p. 86. Rinius patrem, dubius tamen, facit huius libri auctorem; verum inscriptio eius auctorem Io. Ritium, Atheniensem filium, nominat, et in epistola 6. se confecisse tabulas trium de Officiis. librorum ipse testatur.

I.

DOCTRINA ET VIRTUTE PRAESTANTI
D. WOLFGANGO MEVRERO,
PRAECEPTORI OBSERVANDO.

Lipstac.

S. Pluribus ad te, mi praceptor, scripsisse, si aut inopinata scribendi occasio, maturius mihi oblata, aut discessus nuntii non tam praeproperius fuisset. Haec scripsi subito, cum ex literis ad Georgium Fabricium tuis cognouisse, scire te velle sententiam meam in retinendo paruo conclavi, quod posterius mihi incolendum sumsi. De quo sic habeto, me, quoniam, dum isthic adhuc essem, grauissime te in solitariam vitam incurrere audiebam, et quoniam nunquam per te mihi, ut solus essem, licuit, libenter illud aliis ad incolendum concedere. Clauem vero ab propinquuo quodam theo Aegidio Schwemmelio posces. Quod ad alterum conclave, mi praceptor, attinet, quod D. Ioannis

Sprembergii¹⁾ nomine in tua potestate est, etiam atque etiam pro singulari mea erga te obseruantia peto, illud ut nobis vacuum, donec (id quod breui futurum spero) rediero, conserues. Qua quidem in re et patri meo, cum quo ea de re communicavi, gratissimum, et mihi optatissimum feceris, ut ad reliqua innumerabilia tua erga me beneficia, hic quasi cumulus accedat. Itaque de soto hoc negotio aut ipse, si per occupationes litterarum scribas, aut per Schetum nostrum, ad quem iamdudum antea has, quas nunc mitto, scripsi, de sententia tua me certiore facias. Quas ille scribendi partes pro coniunctione nostra non invitus suscipiet, et ad me quaniprimum litteras mittet, ne fortassis oberrare isthic, si venero, cogar. Vale, obseruande praceptor, et literas a me posthac vberiores, vel aduentum potius meum expecta. Misenae anno salutiferi partus MDXLVII. IX Iulii. Subito.

Salutat te officiose pater.

JOANNES RIVIVS
Ioann. F.

MAGNIFICO DOMINO
BLASIO THAMMÜLLERO,

ARTIVM ET MEDICINAE DOCTORI, ACADEMIAE
LIPSICAE RECTORI,

DOMINO, PATRONO ET AMICO.

Lipuae.

S. Esi non modo eura, sed quaedam etiam Magnificentiam tuam procuratio, multis officiis implicatam tenet at-

1) Albinus in Chron. Misnenf. p. 609. Sprembergium fuisse discipulum Io. Pfeilii, Profess. Lips. et Physicum Vratislauensem marrat. Dicitur quoque fuisse comes Georg. Fabricii in itinere per Italiam. cf. Schreberi Vita Georg. Fabricii p. 52.

que constrictam, tamen non alienum a dignitate tua fore arbitratus sum, si hasce ad amplitudinem tuam literas scriberem, in quibus primum rationum nieminissem earum, quibus nationi Misericordiam aliquamdiu obstrictus sum; deinde gratias agerem humanitati vestrae atque clementiae, cum mihi domesticis curis in his initii cogitationum ²⁾ occupato, benigne illa spatium temporis concessit, quo solvendo ego esse possem: postremo pluribus verbis a Magnificentia tua peterem, ut ad illam plenam officii et humanitatis voluntatem aliquid adiiceretur morae atque accessionis eius temporis, vbi de stipendio semestris mei ³⁾ et aliorum sumtuum operae meae commodissime pecuniam deponere possem. Nunc enim Magnificentia tua scit, quid fieri soleat, quidue in moribus sit harum ciuitatum, et quod ad tempus illud nobis pendatur, vel pendi certe soleat, quod recte et iuste debetur. Id autem fiet ad nundinas paschales proximas, vel aliquanto ante has, quemadmodum prorsus mihi persuadeo. Quod si mihi Magnificentia tua opem tulerit hac in parte, atque ego hac accessione morae et temporis in persoluendo rationibus meis ita prouisum a vobis esse intellexero, ut neque fraudi neque infamiae mihi quicquam de eo nascatur; tum vero prorsus vobis promitto me in potestate vestra fore, ita ut magnam vos de eo atque perpetuam voluptatem capturi sitis: id quod fieri melius quam dici aut scribi volo. Inprimis illud Magnificentiae tuae significandum et ab ea summopere petendum existimauit, ut quo plura virtutis et industriae ornamenta illa habet, eo etiam placatior esset et aequior rationibus misericordibus nunc plurimae sane difficultates obliant, quas nec

2) Intelligit haud dubie initia rerum et occupationum scholasticarum.

3) Quia putat, stipendium semestris sui ad nundinas paschales solutum iri, ideo ineunte anno 1550, vel exente anno 1549 munus scholasticum Gizae videtur adiisse.

quicquid illam neque libet scribere. Bene atque feliciter
vale. Cizae ad quintum Nonas Martias anno salutiferi par-
tus MDL.

DIGNITATIS ET AMPLITUDINIS TVAE

studiosissimus

IOANNES RIVIVS

Ioan. F.

3.

ORNATISSIMO, DOCTISSIMO ET OPTIMO VIRO

DOMINO

GEORGIO FABRICIO,

ILLVSTRIS LVDI MISENENSIS AD S. AFRAM
RECTORI,

AMICO SVO OMNI OBSERVANTIA COLENDO.

S. P. Cum tuis excitatus proximis literis, tum vero amore
etiam in parentem meo, alia quaedam illius opuscula con-
quirere studui, de quibus te certiorenam faciendum putavi,
si ea forte vel adiumenti aliquid, vel ornamenti novo operi
subministrare possent ⁴⁾. Ac primum quidem in libellum
de anima incidi, quem a patre Fribergi compositum, et
grandioribus quibusdam intra priuatos parietes propositum,
ego admodum quidem tum puer, sed non inertissimus ta-
men omnium, in illa aetate descripti. Deinde ab illo sumta
sunt quaedam ex medicis de tuenta bona valetudine studio-
sorum ipsius descripta manu. Praeterea apud me est sen-
tentiarum liber iustiae magnitudinis, quem ex optimis et
praestantissimis auctoribus collectum Augusto duci Saxoniae
confecit, quo tempore magister filius fuit. Tum enarratio-

4) Sine dubio tum, cum Fabricius operum omnium Rivianorum editio-
nem parabat.

nes duae Theologicae, vna in epistolam Pauli ad Philemonem, altera in Psalmum trigesimum tertium, cuius initium: Benedicā domino. His addi fortasse possint familiares quaedam illius et ad complures scriptae episiolae. quarum apud me etiam quaedam latent. Sed meminisse videor quasi per nebulam audisse, Annabergi Heroides Ouidii ipsum luculenta explicatione prosequutum esse. Nam de annotationibus in Brutum Ciceronis te non dubitare credo, quas ego aliquando ab Henrico Sibero, Adami fratre ^{s)}, cum apud patrem (vt scis) ille esset, mutuo sumsi, sed ablatus a perfido quopiam libellus est, nec postea unquam in manus meas rediit. Quod te scire ideo volui, vt tibi sollicitudinem de novo opere splendide adornando mean probarem declararemque, me quicquid ad elaborationem illius conferre possem, id non libenter modo, sed etiam cum significatione quadam non mediocris hac in parte studii mei facturum; sed de his, quae me penes sunt, quid tibi videatur, et num descripta illa ad te mitti velis, me certiorum facies et valebis, collegasque tuos Iobum et Tomaeum officiose ex me salutabis. Indicem seu ordinem potius librorum parentis mei, ipsius manu consignatum, habes cum tuis literis. Iterum vale. Cizae Nonis VIII. Anno LVI.

JOANNES RIVIVS.

4.

S. Commentarios parentis mei te nondum ad Oporinum, misiffis facile patior, quaeque tibi, quod adhuc retinueris eos, non explorata voluntate typographi, cogitanti in mente venere, ea mihi summoperē probantur, atque hac in parte prudentia literarum tuarum valde delector. Hos igitur, me tibi illos donante, tu libenter accipies. Nam etsi

s) cf. Sahreb. in Vita Georg. Fabricii p. 315.

neque tu talibus scriptis eges, neque ego similissimo fortassis te renunior munere, cum a te ante aliquot annos multo maiora acceperint, tamen te ideo delectatum in hoc dono confido, quod monumenta parens mei te quadam ad me epistola libenter scribis legere. Historiam meam Numburganam ⁶⁾ ad te mitto, subiturus, ut par est, acerrimam censuram iudicii tui. Ac mihi quoque magno historiarum amatori, vel naturae vel ingenii sensu, partim recognoscendi illam, partim quae ex eo, quo hanc conscripsi, tempore legeram, memoria repetenti, multis visu*n* est locis scriptum hoc meum emendari, mutari collocupletarique posse. Remuneratione tua tam prolixa, tam ampla, qua te usurum scribis, si tibi gratificarer, opus non fuit, praesertim cum tibi ego multo maiora debeam; tamen quod me tacite horaris, ut de Misenensibus Episcopis. et Marsburgensis historiam meo tractatani stylo conscribam, et Numburganae illi adiungam, addis tu quidem mihi, caeteroquin id facere cupienti, calcar, ut dicitur. Nunc quidem quod petis, ut si quid est apud nos scriptorum antiquorum, id tecum communicem, non grauate, quicquid posseni, praesiarem; etiam cum Reuerendo Principe et domino ⁷⁾ ac patrono meo locutus sum, is mihi significauit, D. Agricolam ⁸⁾ piae me-

6) *historiam — Numburganam*, cuius ne plagula quidem ad nostram per-
venit aetatem. Forstian ii, qui posthaec huic historiae conscribendas
dederunt operam, Riu*um* sunt fecuti. Fabricius autem, harum re-
rum arbiter peritissimus, cum eum excusat, ut Numburganae histo-
riæ adiungeret historiam de Misenensibus et Martisburgensibus Episco-
pis, eam non omnino contemnendam fuisse credibile videtur.

7) *princeps et dominus*, Iulio Pflug.

8) *Agricolam*, cui manus Origines illustris stirpis Saxonicae conficiendi
primum demandatum, eo vero 1555 mortuo in Fabri*um* translatum
est. Georgio autem Agricolae mortuo, et sacris Romanis pertinaci-
ter usque ad ultimum vitae halitum addicto quam Chemnitii rufa

moriae consignasse quaedam de libris illustris clementiae suae, seque, si quid forte aptum huic argumento reperiret, id ad promouendos ornandosque hos quasi conatus progressionum quarum, non illibenter collaturum. Quare hoc, quicquid est, quotidie expecto. Ad Annales Querfurdianos et Quedelnburgios, quos tibi deesse scribis, praeter spem pollicitationesque conferre hoc tempore nihil possum, sed me reperisse arbitror viam, qua illi quamprimum quamque celerrime in manus nostras perueniant. Ea haec est: Synergus meus, qui inter collegas proximum a me locum tenet, supremum in scholis vocant, is igitur Quedelnburgo oriundus me ita petente, breui, ut spero, patriam illam suam aditurus, Querfurtum etiam, vicinam Quedelnburgo urbem, in itinere deuertet, pollicitusque est mihi, cui se rem longe gratissimam omnium facturum intelligeret, se apud Abbatissam, eam enim principem ac dominam patriae suae, ab eaque e sacro baptismatis fonte se suscepturn esse profitetur, apud hanc igitur tantum se effecturum sperat, ut voti compos vterque nostrum fiat: ego, qui mittere capio, tu, qui accipere. Praeterea reperi in bibliotheca mea historiarum codicem quandam in membranis descriptum, quem ante annos aliquot e hereditate paterna mecum absiuli, eum ad te, et in illo finis desideraretur, ac multius videri posset, mittendum existimauit, si quid forte ad Origines tuas, aut ad Episcoporum seriem ac successiones adiumenti quippiam adferre posset, quanquam an multum prodesse possit, nescio: veruntamen quantum id cunque erit, velim probari tibi hanc mean in te benevolentiae eximiaeque inductionis significationem. Bene atque feliciter vale. Cizae IX Calend. IXbris. Anno salutiferi partus in terris filii Dei. M.D.LVI.

JOANNES RIVIVS.

facere nollent, Cizam delatus, ibique in templo cathedrali Iulii Pflugii, ipsius amici ac patroni, est sepultus.

ORNATISSIMO DOCTISSIMOQVE DOMINO
GEORGIO FABRICIO,

ILLVSTRIS MISENENSIS AD S. AFRAM LVDI RECTORIS,

AMICO SVO OMNI OBSERVANTIA
COLENDO.

S. Quod tibi superioribus proxime mensibus facturum
me receperam, vt annotationes Terentianas patris mei ad
te mitterem, id non, quod mihi ex eo tempore certorum
hominum potestas nulla facta esset, quibus illas ad te per-
ferendas darem, omisi, sed quod (credas enim hoc mihi
affirmanti velum) inter multiplices curas et varias occu-
pationes diuersorum negotiorum, ex animo meo prope ea
res effluxerit. Ac etsi Idibus, vt opinor, Iunii Pflugeris
consul vester, itemque Syndicus Misenensis, cum Rege-
rendissimo D. Ioanne, Episcopo Misenensi, Cizam venirent,
vt nulla mihi comodior dari faciendi promissa occasio
posset, tamen quibus eo ipso tempore, dum biduo post,
hoc est XVII Kl. Iulii exanius publicum aperirem, impli-
catus curis et sollicitudinibus fuerim, Reuschius, Syndici
foriorius, optimus mihi satisque locuples esse testis potest.
Haec ad te, mi Fabrici, scripsi ideo, primum quidem, vt
neglecti promissi crimen amolirer, deinde vt intelligerēs,
excusationem meam tibi non probatam modo et iustum,
sed etiam debitam magnitudini amoris in te mei videri
debere, praesertim cum nihil sit mea peruetere erga te
inductione charitateque ardentius. De prooemio, quod
a me scribi vis, operibusque patris mei praemitti, ex te
certior fieri cupio, quando illud tibi mitti velis, et quid
mihi praeterea faciendum censem, tu, cuius apud me au-
toritas momenti plurimum habet. Volo autem te existi-

mare, omnes me iis in rebus, quarum tu mihi auctor eris,
diligentiae meae numeros impleturum. Vale feliciter, mi
optime suauissimeque Fabrici, et me, vt amas, ama. Cizae
XV Cl. VIII br. Anno salutiferi partus MDLVI.

JOHANNES RIVIVS.

6.

S. Qnod te etiam aetate prouectiorē et annis ingrauescen-
tibus saepius repuerascere necesse est, ego vero eti nullo
non tempore praedclaro aliquo conatu mentem operamque
tuā et antea occupatam fuisse et nunc occupari certo scio;
vt studiorum affiditas; a quibus auelli non potes, quotidie
aliquid magis de tuae aetatis succo et viribus corporis de-
trahat, tañen te de ista tua in rem publicam et nostra studia
constantia voluntatisque perpetuitate, et laudo magnopere
et hortor, vt hec inter maiorū vigiliarum tuarum opera,
ob quae te clarissimorum et eruditissimorum virorum testis
moniis celebrari et magnifici scimus, cogitationem de lite-
ris nostris, omnibus adiumentis tuis non inuandis modo,
sed etiam ornandi et condecorandi abiicias: in quo qui-
dem tu quantum diuinitus exxitata alacritate tua possis; et
quum necesse sit, (quod ut in prooemiolo prosodiae tuae
scribis) praedeptorem puerum inter pueros fieri, nisi ad te
scriberem; prolixè exponerem. Quapropter te neantquam
pigeat, decurso mediocri spatio aetatis tuae coetibus scho-
lasticis, quibuscumque potes rebus, (potes enim plurimis)
consulere. Atque utinam ea quoque in me facultas esset,
commutes utilitates ornandi istiusmodi scriptorum genere,
quod discentium commodis non infrugiferum esse confus-
vit. Optarem enim mihi aliquando tui praesentis potesta-
tem et copiam fieri, cum enim ex te, quemadmodum soles,
discere, tunc etiam iudicio tuo atque sententia, de quibus

C

dam opellae meae libellis animadversis ac perspectis, certius quid mihi agendum foret, scirem. Confeci enim superiori anno tabulas trium de Officiis librorum, in quibus methodum doctrinae eiusque dispositionem et argumenta complecti studui. Annus autem nunc agitur, ex quo grammaticae graecae partitiones in manibus habeo, conquirens vndeque, quae ad plenam artis notitiam facere videantur. Sed de me hactenus. Venio nunc ad petitionem tuam. Quoq; quidem in loco excusandum me tibi prius puto, quam de subsequente officio quicquam pollicendum. Superiore enim anno spem tibi feceram de Annalibus Querfurianis et Quedlinburgicis, sed accidit omnino, ut nanciseret. —————²⁾ Neque enim quicquam erat in illis tribus manu scriptis libellis, quos a patria sua Synergus meus attulerat, quod vel ad Saxonicae Kirpis origines attinere, vel quod magnopere co-natus progressionis tuae adiutoris (sic?) iri sperarem. Nam primus germanicus peculiariter de Episcopis Halarum Saxoniarum agebat, alter continebat narrationes de vita imperatorum, tertius monachi Hersfeldensis in Hassia fuit de rebus gestis Henrici III, cuius exemplum et ego ad te in membranis descriptum miseram, et tu editum esse mihi rescriperas. Ex quo tibi planum fieri opinor, neque me per negligentiam quicquam omisisse, neo promissi in memorem extitisse. Nunc quidem quod petis, ut si quid de tribunis, praefectis, legatis, denique Illustrissimo D. N. Alberti differentem audiam Reuerendissimum praefulem nostrum, id ad te perscribam, in eo profecto omnes diligentiae meae numeros explore quamprimum studebo. Neque id solum, verum etiam chronicon quoddam, quod in ipsius bibliotheca esse ex Michaele Lemmermanno¹⁰⁾ audiui, quicun-

9) Hic erat lacuna in Mscr.

10) Lemmermann, quatuor iam Ialii Pfingii, antea scholae Portensis,

aliquando de institutis tuis communicavi, perquam, ut intellexisse videor, pertexendae genealogiae tuae accomodataum, ab eo impetrare conabor. Quod quidem superiore anno factum esset, nisi per ipsius ad Comitia Augustana discessum stetisset, et quia opinione diutius aberat, et sollicitos mora reuersionis suae haberet, tuamque ego operam ad calcem decurrisse speraueram, sic factum est, ut tibi mea deinceps opera non admodum fere opus arbitrarier. Interea quo litudinum etiam magis tibi meum probem, sororii mei chroacon quoddam germanicum mitto, in quo quidem proximie et secundum Misnense paruum chroacon Spalatini liber de Originibus Ducum Electorum et principum Saxoniae continetur; sed cui tercia desit charta literae: Post deinde, Wolfgangi Craufii de iisdem originibus eleganter, ut mihi videtur, concinnatus libellus ostingentorum annorum memoriam complectens, cum adiecta ad calcem libri charta, quae arborem propaginis Saxonicae comprehendit, quam ego sororium meum de monumentis quibusdam Carolonitii, cui ille a manibus aliquanadiu fuit, descripsisse memini. Sed eiusmodi forte scripta tibi mitti non vis, ad quem caeteroquin veterum e monasteriis ac bibliothecis scriptorum, medium recentium cotidia confluit multitudo. Sed tamen animi ac voluntatis meae declaracionem tibi quidem certe non ingratam nec iniucundam futuram esse confido. Feliciter vale. Cizae pridie Idum Februarii: anno salutiferi partus in terris filii Dei MDL VII,

Ioannes Riva.

CLARISSIMO VIRO
 SAPIENTIA, VIRTUTE ATQUE DOCTRINA ORNATISSIMO
 DOMINO
 GEORGIO FABRICIO,
 MISENENSIS ILLVSTRIS LYDI RECTORI,
 AMICO SVO VETERI, OMNI QESERVANTIA
 COLENDΟ.

S. Longum tempus est, mi ornatissime Fabrici, cum nihil ego neque de te, neque a te; idque accidere puto fabellariorum vtriusque ad alterum inopia, non enim ego, vt tibi me quoque purgem, si absque hoc fuisset, te literas meas desiderare passus fuisset. Pridie autem Noitaurum Febr. quae eius mensis quarta dies est, accepi Oporini ad me scriptas literas, resignatas sane, inque illis inclusa continebatur schedula, vel impoſita potius, tua manu, vt facile agnoscere mihi videbar, exarata; quae me de duobus exemplaribus operum theologicorum patris mei ab Oporino ad te missis certiore faceret. Quae quidem exemplaria ego vel tua vel Oporini in tempore intellecta sententia, quoquo modo potuisse, nulli afferri curassem. Mitto autem ad te exemplum Orationis Reuerendiss. principis mei D. D. Iulii; quo ille te peculiariter donat, ac valde cupit sibi quamprimum remitti Chronicon suum, cuius tibi iam aliquamdiu per me copia impetrata fuit. Cumque nuper iterum ex me eadem de re quaereret, ac sibi eo ipso opus esse demonstraret, faciendum mihi putau, vt a te illud repeterem, ne forte et ille aegre moram ferret, et ego negligentiae crimen incurrerem. Nihil enim maluissem, quam te diutissime illius libri vsu laetari ac frui potuisse. Id quia in manu mea amplius non est, peto, ne inique feras, illud a te repeti. Dabis igitur Chronicon una cum duobus, vt

Ieripisisti exemplaribus operum patris mei tabellario, qui
has tibi reddit. De meis studiis si quaeris, ego, qui praeter
publicas priuatæsque docendi operas feriari minime so-
leo, et aliquid semper pro mea tenui ac infirma parte ad
coetus scholasticos iuuandos conferre cupio, suscepit igitur
rem, ut experiundo cognouisse videor, non parui laboris,
atque in VIII libros τοπικῶν ἀριστοτελικῶν ἐπιγράμματα
iam pridem absolui, ac nunc quidem in sex libros eiusdem
Aristotelis de arte inveniendi σχηματισμοὺς ad te mittio.
Nam perficere reliquos duos describendo dispergas chartas
inter tam multas et varias occupationes non poteram. A
te peto pro studiis nostris, pro veteris amicitiae fide, ut ad
me liberrime de hoc labore iudicium tuum perfribas.
Scribes Oporino, si hoc mercatu emiserit mess in Theonem
11) tabellas, me illi ad proximum autumnum fauente
propitio Christo, si illi modo hoc non contrarium futurum
sit, haec eadē in Aristotelem ἐπιγράμματα missurum.
Quae quidem ego, simulac a te ea recepero, perpolire et
eliminare ante editionem ita conabor, ut diligentiae certas
significatio aliqua fiat. Constitui autem multos tabularum
libros dedicaturum nobilissimis viris et generosa humanitate
ornatissimis, Philippo et Antonio Werterensibus, cum alias
ob causas, tuni quia, quo tempore Reuerendissimum prin-
cipem meum visentes (Annus autem iam agitur decimus, et
non multum aberit, ut compleatur), illi me in arcem ad se
vocarent, atque ibi in multo sermone declararent, quam
bent de meis studiis existimarent; de quo alias. Ego una
cum reliquorum duorum septimi et octaui τοπικῶν Epi-
grammate prooemium etiam confectum ad te mittam; nam
illud in primis diligenter ante editionem, si tu tamen omni-

11) *Theonem.* Verum hae tabellæ in Progymnasm. Theonis, usquam
lucem viderint nec ne, non constat. Fabritius in Bibl. Gr. Vol. VI.
p. 97. edit. Harlej. earum non fecit mentionem.

no haec edenda putas, a te cognosci cupio: de hoc meo
Φωνήσεως consilio, quale id esse, et an me decere existi-
mnes, expones sententiam tuam. Theonis tabulas generoflo
domino Christophoro a Carolobitz dedicauit, cui eas prox-
ime a patre, cum saepius me ad se vocaret, quod retinere-
tur nimirum certorum negotiorum causa diutius apud nos,
mirifice probari sensi. Vale; mi suauissime Fabrici, me-
que, vt facias, ama. Cizae VII Iduum Martii, quo die duo
soles cum lride duplice conspecti sunt apud nos hora matu-
tina VII, quanuis et tertium solem visum memorent non-
nulli, et infantes aspectus alios apparuisse in coelo. Iter-
rum vale. ¹²⁾)

Ioan. Riuvi.

Meum Chronicon, quod olim te dedicasse aliquan-
do mihi scripsisti Bibliothecae mei patris, illud
igitur, si videbitur una cum altero illo D. D. Iulii
tabellario dabis, meque de vecturae pretio pro
duabus exemplaribus operum patris mei certio-
rem reddes; curabo enim, vt pro hoc tibi satis-
fiat. Reuerendissimus princeps crebro ex me
quaerit, quid fiat de tua Genealogia, an sit abso-
luta, an edita. Ego autem ei, quid respondeam,
saepe non habeo. Tu quaesumus significā de hoc toto
generetantum aliquid, quod interroganti illi red-
dere queām.

8.

S. Tuam ego secutus, mi doctissime ornatissimeque Fa-
brici, cum approbationem opellae meae, tum cohortatio-

12) Quod ad annum attinet, quo haec epistola scripta fuerit, cum Opera
Riuui patris theologica ad filium ab Oporino missa anno 1562 Basileas
prodierint, eam vel hoc ipso, vel mox inseguenti anno compositam
esse apparet.

nem, qua me ad editionem tabellarum in libros de Officiis Ciceronis mearum superiori anno impellere videreris, comunicavi hoc, quidquid fuit, laboris (quam enim exiguum id sit, nunc etiam magis, quam antea animaduerto) cum bonorum morum et liberalium artium studiofis; huius igitur editionis ad te exemplum mitto, atque etiamnum peto, ut ad censuram grauissimi rectissimique iudicii tui reuoces easdem illas, praesertim cum statim post intellectam sententiam tuam, antequam eas typographo mitterem, non pauca in illis mutata et accessionibus colloqupletata fuerint. Quod si tibi probari sensero, quoniam mediocrem euentus fortunam illas expertas audio, recognitas illas, et a mendis, quod non parum in his edendis operae errarunt, repurgatas Oporino, si iterum is praelo subiicere volet, remittam una cum tabellis in Catonem Maiorem, in Laelium, in Paradoxa, in Somnium denique Scipionis. Hoc autem tempore ad te tanquam Aristarchum iudicem scriptorum meorum mitto tabellas quasdam in Grammaticae graecae Philippi Melanchthonis partes potissimum tres, Orthographiam, Prosodiam, Etymologiam, in quibus cum facilitate docendi, tum distributione perspicua, et mediocri annotationis diligentia, demonstrato ordine et intelligentia praceptorum, partim discipulorum imperitiae et aliquotum etiam magistrorum inertiae habuenire volui, (quamvis cuiusvis est ferme istiusmodi operam nauare) partim ea, quae Philippus digito, quod aiunt, extento tantum non omissa perfrinxisset, et explicacioni magistrorum reliquisset, in pertenui scientiola graecarum literarum mea de doctissimorum hominum etiam inuenitis et traditis fusius, vbi opus fuit, exponere conatus sum. Quid ad verborum formationes attinet, Bellunensis necessariam doctrinam tabellis comprehensam huic libro nonnulla quin diligenter, ut animaduertentes, inferui, et auctorum nomina, quorum lectione, obser-

vatione et adiumentis usus fuisset, prooemio subieci, quod
 hoc ab ingenuitate mea non alienum fore putarem, et tu
~~ενώπιον~~ quendam in recens edita Syntaxi tua non imme-
 ritto notasses. Quod si otium suppetisset, neque praeter-
 quam quod septenas cotidie horas tot annos doctrinae cum
 publicae, tum priuatue impendo, valetudinis etiam, quod
 nequaquam aegritudinum esse expers soleo, et rerum alia-
 rum incommodis operae meae vel impedirentur, vel ab-
 sumperentur, sperabam sane me eruditius aliquid in hoc
 genere daturum, de quo nunc dicendum amplius nihil pu-
 taui. A te peto, si vacabit, has tabellas percurras, mihiique
 an utiliter communicari hunc librum cum studiofis posse exi-
 stimes, signifca. Si tibi enim hic probabitur, edetur, fin-
 minus, non edetur. Tuarum autem Partitionum gramma-
 ticoarum libros non modo libenter legi, verum etiam in ma-
 nibus cotidię habeo: tanta est in illis (sed velim animum a
 me parumper auertas meque ad alium hoc testari existimes)
 tanta est in illis sanitas iudicii et doctrinae soliditas. Quic-
 quid enim ad latinae linguae veram intelligentiam, ad ve-
 terum scriptorum artificiosam interpretationem, ad sermo-
 nis et simplicis et compositi necessariam cognitionem, ad
 integrum negotii de figuris grammaticis pertractionem at-
 tinet, denique ad vniuersam in latinae linguae auctoribus
 excellentibus interpretandi dexteritatem, explicandi faulta-
 tem, indicandi perspicuitatem, iudicandi acrimoniam par-
 tam laboribus immensis, exercitatione maxima, diligentia
 infinita, omnia in te non tacita hominum opinione, sed per-
 spicua doctorum admiratione celebrantur. Haec igitur si
 quid ego iudicare queo, ita in illum tertium librum a te
 omnia collata sunt, ut quasi antea fuisset rudis indigestaque
 moles, vt Ouidius cœcinit; sic nunc tua exstructione et ad-
 mirabili elaborationis sedulitate ad eum modum digesta,
 exaedificata, et absoluta sit συμματων γραμματων tracta-

tio, ut desiderare quempiam aliquid in hoc lautissimariū epularum conuiuio, nimis fastidiosum, addere velle quippiam, supervacaneum, carpere vero, iniquum et stultum, imitari velle impossibile esse mihi quidem videatur. Sed de hoc et ad collegas meos, quibus commendatissimos tuos liberos esse cuperem, et ad alias copiose testatus sum sententiam meam. Te nolim existimare me hoc auribus tuis dare, nam ab adulacione et animo et natura alienus sum. Sed ut te iam inde a pueritia admirari coepi, ita ne nunc quidem confirmatum de te animi mei sensum deponere queo, ita ut etiam, si tu me minus dignum vel amore vel amicitia tua iudicaturus sis, quod ipsum longe aliter se habere spero, tanien nihilominus ego opinionem de te meam tueri ac retinere perpetuo velim. Superioris anni proximis literis, quibus, quod tu me de multendis commentariolis quibusdam patris mei commonueras, tibi respondebam, nescio quid nuper admodum id scriptum ad te meum recognoscens humani passus sum, cum qui consenuisse videatur dolor, ob iniuriam a sororiis in herciscunda familia et diuidunda haereditatem acceptam mentione vnius illorum in literis tuis non modo me pungeret, verum etiam recruderetur. Est enim longa iniuria, longae ambages, ut illa canit. Quare tu cogitans illud Thesei apud Euripidem οὐκ αἰσχρὸν ἀνθρώποις ἀλληλῶν τὰ κακά, veniam dabis ferventiori naturae meae. Mitto autem Psalmi 33. commentariolum, nam explicatiunculas in epistolam ad Philemonem reperire prorsus non possum. Tabellarium iussi apud sororium meum Alexium iudicem operiri, si tu forte partitiones ei meas, cum inspexisses, reddere velles, ut ad mercatum istum Francofurti Oporino redderentur, nisi quid tu aliud vis. Vale, mi optime ornatissimeque Fabrici. Cizae die Valentini: anno salutiferi partus MDLXI.

JOANNES RIVIVS,
Athendoriensis F.

S. Primum me tibi, mi ornatissime Fabrici, de silentio
mearum litterarum purgo, cuius causam nulla mea neglig-
gentia sustinet, sed tabellariorum penuria. Respondebo
autem binis tuis literis, quas anno proxime superiore eo-
dem fere exemplo ad me dediti. Iam primum ergo signi-
ficabas, te velle, ut tabulis graecarum partitionum adiice-
rem doctrinam Syntaxeos, et quantitatis syllabarum; quem
laborem equidem non refugio, sed propter ea, quae in
manibus habebam, tum quidem, et nunc etiam habeo, sus-
cipere nondum potui. Praefationem meam, omnino ipse
recognoscens eam, fateor περιβερχυτέρα fuisse, ideoque
eam, cum Oporino (motus tuo iudicio) partitiones graecas
mitterem, mecum retinui et conscripsi epistolam, quam
prooemii loco recte praepositum iri censerem. Tua mihi
libertas grata est, et de eo gratias tibi ago, quod institutum
meum in consciendis Tabb. reliquorum ad Officia adiun-
ctorum libellorum probas, vehementer laetor eorumque
rem summopere Oporino quoque probari intellexi, qui bi-
nis litteris necum egit, ut ne desiserem proposito meo.
Quod me leniter, ut ego interpretor, obiurgas de tot tan-
tisque laboribus meis scholasticis, amice tu quidem facis,
sed hoc, tametsi perperam a me fieri sentio, vitare tamen,
nescio quo pacto, nondum possum. Commentariolum pa-
tris mei in Psalmum gaudeo adiungi Theologicis eiusdem.
Libellum de abusibus Ecclesiasticis, cuius causa Oporinum
tecum exposulasse scribis, simulac tuas legi, de edito exem-
plari, quod in mea bibliotheca erat, describi curaui, et ad
Oporinum, ubi me rem longe gratissimam facturum intel-
ligerem, superiori anno misi. Hieronymum fr. parum me-
morem esse fidei suae, quam optimo patri nostro deberet,
sequi tam difficilern etiam erga te praceptorum suum praec-

here, grāuiter fero, eiusque etiam cæteras actiones (vt nī hil dicam asperius) minime probo. Hoc fere ad tuas eodem exemplo scriptas literas. Nunc autem tibi in Theonis Sophistæ προγνωσματα γητοινα ante annos vndeclim in ordinaria doctrina hic explicata et discipulis meis traditis tabellas meas mittō, quas te percurrere, et de his iudicium ad me tuum prescribere vellē. Ego nī angustia temporis exclusus fuīsem, amanuensi prius describendas dedillem, vereor enim vt legas, quae ego mēa manu. Itaque peto, ne offendaris præcipitata scriptione, quae in tanta multitudine laborum plana satis esse non potest. Et quoniam ex Oporini proximis literis intelligo, eum incertum esse de tabulis graecae linguae imprimendis, et ego quoque minus prudenter me fecisse intelligo, quod tam nullius fere pretii perexiguum opellam ei misi, constitui tabellas grammaticas ab eo repetere (si prorsus eas prelo subiecturus non est), earumque loco haec γητοινα mittere. Adiunxi etiam in Aeneidos Virgilianae primum et secundum librum tabellas meas, quamvis secundi illius σχηματισμou; describendo perficere nondum potui. Quod nī casus aliquis consilium meum perenuerit, aut nī mors me præripuerit, integrum Aeneida tabulis delineatam propediem emissurus sum. Amabo te, mi suauissime Fabrici, aliquid temporis his quoque inficiendis tribuas, et ad me, vt soles, libertime perferbas, rectene an secus facturus sim, si perficere inchoata perrexero. Vides studium, vides animum erga literas, vides rectam voluntatem et conatus, nec modico tempore, nec remissos contentiones. Tantum iudicio hominj amissimi, hoc est tuo mihi opus est, quod ego cum erectissimum et incorruptissimum esse iampridem scio, sicut antea secutus sum, ita sin posterum semper sequar. Quod fasciculam mihi ab Oporino missum reddi curaueris, gratum mihi fuit, sed quod sine literis tuis is ad me venit, per mihi

mirum visum est, et etiamnum te nihil scriptisse miror.
Quas ad te tabellas misi, eas te in tempore remissurum
mihi confido, per eum, cui tuto easdem committi posse
existimaueris. Te valere cupio atque opto. D. Hiobum
ex me officiose saluere iubebis; item Tomaeum, si adhuc
apud vos est. Iterum vale. Cizae fagiis tertii Pentecostes;
anno salutiferi partus in terris filii Dei, Domini et seruato-
ris nosiri Iesu Christi MDLXII.

Tuus.

IOAN. RIVVS,
Attendoriensis f.

10.

S. Quam olim plane puer e parente meo piae beatae-
que memoriae sive opinionem sive persuasionem hausi, ad
spem videlicet bonitatis et sapientiae admirabilem progres-
sionem incredibilemque cursum sieri, perpetua Ciceronis
et Plinii lectione, eam ne nunc quidem mediocri littera-
rum vsu confirmatam deponere queo. Itaque gratissimi
illi molestissimumque in doctrina et institutione aliorum, ad
quam, ut scis, plane adolescentis accessi, labores conatus in
viroque euoluendo meos debilitare nunquam potuerunt.
Et quoniam naturae ipsius rerumque ab ea conditarum
splendidissimum theatrum a tanta maiestatis scriptore, qua-
lis sine controvista Plinius est, exstructum, ac contem-
plationi eruditorum expositum admiror et veneror, iam
pridem mecum constitui, sapiente propitio Deo, eundem
illum, si possem, ratione *αναλυτική* illustrare, atque hoc
pacto ad lectionem praestantissimi auctoris, quo sapientia
et cognitione rerum inter primae notae scriptores Latinos
praegnantiorem reperiri non puto, cupidos et studiosos
eruditae doctrinae alicere. Quo an genere quid praefi-
terim, *ἐπιγραμματα* mea te docebunt, quae in quatuor-

detin illius libros confecta ad te mittō. Quae si tibi probabuntur, satis habeo; iucundor enim hoc magis ad ceteros libros eodem modo illustrandes. Hic labor meus cum non mediocre patrocinium requirere videatur celebrati principis alicuius, eius splendore tuior in lucem exeat, dedicabitur inuictissimo Regi Maximiliano, Romanorum imperatori designato, eiusque fratribus, Illustriſſ. Archiduciſſ. Ferdinando et Carelo, de quo quidem cum προσΦωνήσεως confilio, tunc etiam an inspectis ιστοριασθε meis pergendum mihi putes, tuam omnino, si quid melius vides, expectabo sententiāp. Quod autem ad interlocutum Quintiliā opus absoluendum et ad dedicandum idem illud Alexandro ac Christiano, Saxonie Ducibus, atq[ue] addis tu quidem cohortatione tua currenti, quod dicitur, calcar: de dedicatione tamen eiusdem operis una cum tabellis in Theonem adiud dubito. Venit enim mihi in mentem subuerteri, ne ineptae ratiocinationes ambitionis illa ad Illustriſſ. Electori filios προσΦωνήσεως suspicionēt excitet, eoque id magis, quod aget et ab affine nro¹³⁾ patris Θεολογικā ipsi electori et eiusdem Φιλολογικā Ducebus pueris a te¹⁴⁾ inscripta sunt, ut iam missime mea quoque mānūcipatione hi obriendi, et alii opellas huīa patrōni quaerendi esse videantur. De tua tamen sententia, quam te ostensurum scribis, si plus oīi naqua fueris, certior factus constituere potero, quid mihi sit faciendum. Ac de his quidem hactenus. Quod autem nunc scriptus sum, id cum humanissima confidentia a me fiat, tibique homini amico tantum soli significetur, te quoque in optimam partem accepturum, neque benevolentiam mihi

13) affīs, Alexio.

14) φιλολογικά. Ergo cum Iahno, Iurisconsultissimo, l. l. p. 83. non dubitandum videtur, quia Opera Riuil philologica a Georg. Fabricio edita fuerint.

— 6 —

quam defutarem persuaderem. Ego tamen decimum quintum
annum¹⁵⁾ conitate, et propensione Reuerendissimi princi-
pis mei diuinus hic, quam futurum arbitrabor, haereo;
munc autem persimilis maximis difficultimisque cum pu-
blicis tum priuatis ordinariae et extraordinariae operae la-
boribus, quod et tibi bene notum credo, et multi ingenio
doctrinique praestantes iuuenes, ciues et exteri, qui ex
ludo puro exierunt, testantur) cogor ciuium horum impor-
tunitate, quam diutius tandem perferre ac sustinere ne-
queo, prebrisque Episcopi ipsius, infirmitatibus, et futurae
mutationis post eius, si cadat, obitum¹⁶⁾, metu aliisque
pluribus, non parui momenti causis conditionem aliam
quaerere. Quod quam labens faciam, ut migratione fa-
miliam affligere velim, ipso forte iudicabis. De ciuium
autem turbis, in me ingratissimo animo, et alienationium
causis neque nunc tempus est foribere, neque proponere
est, neque illago sine dolore ingenti conari queam. Quare
si quid potes, adiuva nos coiunctu ratione aliquai auctorita-
tatis tuae, celebrati monitis cum ciuitates, tum viros.
Optarim autem si occasio sepe offerret, vixere in luculentis
aliqua viciis, ut sunt Annabergini, Cygnei, et similes, vbi
fortassis parodaretur suspenditur laboribus. De Illustriss.
etiam Kleintore Augusto aliquando mihi relatum est, cum
ducibus pueris, filiis suis, praceptorum adiuncturum, id
dum maxime verum credant, eum ex te didicere, qui in
ista vicinitate veas omnium optime haec exquirere potes.

15) decimum quintum annum. Scriptis hanc epistolam 1564, et hinc usque
anno exente 1549, nam mense Iulio eiusdem anni adhuc Lipsiae lit-
teris operam dedisse eum e patris epist. 5. patet, vel ineunte anno
1550, quam non decem et quinque ipsos annos, sed annum decimum
quintum Cizae haerere queratur, gubernaculum scholas Cizensis vi-
ditur fuisse.

16) obitum, qui evenit paulo post eodem ipso anno, quo haec epistola
scripta est, die tertio mensis Septembri.

Quod si ad eam rem satis aptam et accommodatam personam meam arbitraris; et nisi diligentiores alii in docendi tractandisque Illustrissimae conditionis pueris principibus, et viu peritiores reperti fuerint, suscipe quicquid haec rerum mearum procreationem. Quantum enim in aula tua apud clarissimos quoque sapientia et doctrina viros valeat auctoritas non ignoro; ut tuam ad me ornandum commendationem magnum pondus habituram non desperem. Quicquid autem erit, quod mea causa tibi faciendum esse duxeris, id tum denum facies; si neque te ullum ex humanitate erga me tua dedecus suscepturn, neque apud me tantum tuum intermoritum officium tibi persuaseris. Tuos christianos poetas editos quidem audieram, sed quod ita celeriter diltracti fuerant, ut praeter unum exemplum in bibliopolii non reperiri diceretur, inspicere et legere, ut in primis cupiebam, nondum potui. Quare auctor eris quamplurimum Oporino, ut hoc tam lucrosum officinae suae opus iterum prelo subiiciatur. Feliciter vale, vale cum coniuge et liberis. Cizae ipso solsticij aestiu die anno salutiferi partus in terra filii Dei. MDLXIII.

JOANNES RIVVS.

Adieci ad inclytum regem prooemii mei partem; nunc reliqua describenda perficere non licet in tanta non nuda negotiorum occupatione, verum etiam laborantis et aegrotantis animi sollicitudine. Sed de iis, quae mitto, audacter, ut soles, et libere iudicium mihi tuum prescribes.

II.

SE sermone Domini Urbani intellexi, te requirere hoc tempore a me poetas in membranis scriptos, duos potissimum, quorum titulos et argumenta proxime Dominus S.,

cum apud me esset, in multo varioque sermone a me exceptis in pugillares sines retulerat, cui quidem etiam exempla indicum¹⁷⁾ omnium in bibliothecas Merseburgenses et Cizenses demonstrauit. Ipsi quidem poetae, ut tu forte suspicaris, et Urbanus significauit, non sunt in mea bibliotheca, quod autem tibi rennunciari iussi, postea mihi ultro citroque cogjanti, ne aut fidem amicitiae in me desiderare, aut nescio quid aliud suspicari posse, vistum fuit, inclusa his literis charta prescripta ad te mittere nondina ac titulos poetarum, in primis, quos in bibliothecia Merseburgensisibus plane in perditis et neglectis iam habitos, et inter firuices, ut Plautino verbo, vias, chartarias delitescentes, mirificeque a tineis et blattis opera mea vindicatos, et cum crita repositos afferuari petiisse. Tu valebis, et ne mihi officium meum noceat, diligenter curabis. Nam non inoda sollicitate, sed vt vere scribam etiam, peruerso studio cum hic, tum Merseburgiae verentur, ne aliqua emanent, quae in bibliothecis habentur. Iterum vale, et quicquid opera Doctoris Vogelii,¹⁸⁾ aut aliorum ab Illustrissimo principe Electore impetrare ex his bibliothecis potueris, in eo subsequendo et ad te mittendo admonitus tantum, omnem tuam vincam expectationem. Denuo vale. Cizae die Valentini, qui est IIII Augusti, anno 65.

JOANNES RIVVS.

12.

S. De quibus scribis, mi ornatissime Fabrici, ea mihi ita, uti debent, pro amicitiae nostrae fide et animorum

17) exempla indicum. Riuus ipse indicem librorum ab Episcopis Numburgensisibus, et in primis a Iulio Pflug relictorum composuit, qui ad Tabulario Capituli Numburgensis adhuc servatur.

18) Vogelii, cf. Schreberi Vita Georg. Fabricii p. 257.

nautua coniunctione, magnae curae erunt. Molestissime autem fero, me non statim, quicquid hoc est librorum, quod te tam aude expectare scribis, ad te mittere, nec tibi, ut in primis vellem, gratificari posse. Quod profecto fieret, si vel penes me bibliothecae illius Iuliænae claves essent, vel quae ex Merseburgensibus petis, ea tam facile, et tam cito muti possent. Nam poetaq; quatuordecim, quos tua manu in scheda Illusterrimi principis Electoris literarum imposita consignatos vidi, omnes in Merseburgensibus bibliothecis habentur: priores quidem octo sacri in ea, quae est ad D. Petrum, posteriores vero sex profani in Cathedrali altera. Id etiam de significatione superiorum literarum, quas domino Urbano ad te dedi, tum de scheda iisdem inclusa facile intelligere potuisti. Et quamquam Illusterrimi Electoris mandatum tibi Iuliænae bibliothecae tantum libros vendos dat, de reliquis autem Merseburgensibus mentioni nullam facit, tamen statim ea de re Merseburgum scribam, et quantum in me erit, efficere conabor, ut consilia et proceres Ecclesiae cathedralis mea in id fide data acceptaque, poetæ h[ab]e[re] prescriptos et consignatos mihi deponant. Quod si nihil impetraverò, faciam, ut scias. De Annalibus autem Dismarii; et vita Wernerii Episcopi nihil me in Iuliænae bibliotheca reperire memini; sed de Catalogo Numburgensium Episcoporum commoda habitur ubi invenitur que is liber, simul ac a Doctore Petro Naumarko, Decano Numburgensi, clavem bibliothecæ recepero, quam is a parte Ecclesiae cathedralis assertat, eamque etiam hoc mandato fatus illio postulare non verebor. Tum in quaestiore Cicensi conteniendo studium meum exhibet, qui alteram clavem ad apertenendam seram pensilem, quae claustru prioril obiecta est, retinet Illusterr. Electoris nouit. Nam mihi nihil iuris est in has bibliothecas, allorum enim hoc nuntio, quietus quid per se nullum. Si quid praeterea erit in indici

bus meis, quo te adjuiuare posse existimem, conquiram, et
caeteris adiiciam. Quomodo autem ea omnia in fasciculum
coniecta tuto ad te perfiri possint, meae erit diligentiae
curare, qui quidem aequa ac tu, ut integra omnia ad te
perueniant, labore. Quare de eo, te quieto et seculo animo
esse cupio. Literas a te his nundinis nullas accepi, tu vide,
qui dederis. Exemplum mandati, ita ut voluisti, tibi de-
scribi curauis, idque habes cum his meis. Optarim vehe-
menter in mandato eodem diferte et expresse de Mersebur-
genibus libris aliquid prescriptum fuisse. Noui enim mo-
rem aulicorum, et hominum illorum consuetas recusatio-
nes, sed, ut initio scripsi, a me agentur omnia diligenter:
idque te potius ex facto, quam verbis et oratione cognosci
malo. Feliciter vale. Cizae pridie Nonas VIIIris, id est,
eo ipso die, quo tuas accepi. Anno MDLXV.

JOHANNES RIVVS.

S. Evidem ut caritati in te meae et obseruantiae morem
gererem, nihil praetermissi omnium, quae ad satisfaciendum
honestissimae cupiditatis tuae desiderio pertinere viderentur.
Nam et simul ut tuas superiores acceperant de mandato Il-
lustriss. Electoris ad missio, Decanum Numburgensem Pe-
trum a Naumark certiorem feci, et poetis illis quatuordecim,
quos tam aida te exspectare scirem, Decano Merseburgensi
Cancellarioque scripsi, quorum custodiae bibliothecae com-
missae sunt. Quae fuerit autem literarum ad omnes illos
meaurum, quamque sollicita, et quam accurata petitio, ipsi
potissimum testes locupletes erunt. Nolo enim in meo tibi
iampridem debito studio praedicando multus esse, neque
vero urgere et admonere per milii notos et fidos homines
desisti. Sed siua quod Alexandri ducis pia memoriae obi-

tus, de quo altero statim, postquam meas ad ipsos dederam literas, die ad nos allatum fuit, interturbauit omnia, siue quod mirificae illae et periculose, ut videbantur rerum nostrarum conuerstiones et confusionses, rem impedierunt, siue denique, quod parum apud eos petitio mea, quibus cunque sane de causis, valuerit; responsum ego quidem adhuc a nemine auferre potui. Numburgensis Decanus, qui bibliothecae Iulianae praefect, cum ante octiduum ad constitutendam Episcopatus huius administrationem vna cum Illustrissimi principis Electoris consiliariis huc venisset, vix diem vnum substitit. Postero die a me requisitus prima luce discesserat. Ad poetas quidem Merseburgenses qua- tuordecim (id enim superioribus literis omisi) tibi im- trandos, nemo aptior erit D. Paulo Vogelio, cuius quidem in hac parte postulatio, quia ex collegio Canonicorum illo- rum est, auctoritatis non parum habebit. Me quidem ve- hementer pudet, nihil efficere posse in tua causa, veren- tem, ne proditae amicitiae ac neglecti officii erimine merito a te accuser, quo mihi grauius accidere nihil potest. Ad- ventus Decani nostri D. Petri quotidie in expectatione est. Is si venerit, fortassis certior ero, quid sperandum sit, fa- ciamque te statim certiorem. Feliciter vale, mi ornatissime Fabrica. Cizae die ipso diuae Barbarae anno MDLXV.

JOANNES RIVVIS.

Ioannes Stranburger, vir magnae eruditionis atque auctoritatis, fuit a consiliis Mauritii, Principis Electoris Sa- xoniae, et Syndicus Vniuersitatis litterarum Lipsiensis. No- men eius ubique splendet in epistolis Melanchthonis ad Ca- merarium, et in epp. ipsius Camerarii ad Familiares. Morte

repentina ad V Idus April. 1551 in curia Lipsiae obiit: efl.
Stepneri Inscriptt. Lips. p. 17. et Vogelii Annal. Lips. p. 190.

MAGNIFICO ET CLARISSIMO VIRO

DN. IVLIO PFLVG,

PRAEPOSITO CITIZENSI,

DOMINO ET AMICO INCOMPARABILI.

S. D. Si vales, habeo cur gaudeam; ego sane valeo; sic satis recte. Evidem non dubito, quin memoria teneas, me, cum superioribus diebus te domistuae inuiserent; apertuisse, sponsum me esse factum et diem IIII Septembr. nuptiis et destinatum et dictum. Quoniam ergo nuptias plenas dignitatis ac concordiae facere studeo; alterum ad me et sponsam, alterum ad te tuique similes pertinere arbitror, cui enim rei tu et ex doctrina et genere nobilis adhibitus non adderes dignitatem? Quare te, Vir Clarissime ac animo meo ob multas causas charissime, etiam atque etiam vehementer rogo, ut III Sept. quae est ab Egidii feriis dominica proxima hic te vegetum sistere velis eodem die nobiscum Lipsiam iturus. Quod facere hoc maxime nomine debebis, cum quod me tibi morum, quod arbitror, similitudo, studiorum non audeo dicere, quod ea in re me tibi comparare minime me deceat, iam annis aliquot coniunxit, tum quod paene te id facturum promisisse es visus. Interim quoque prospicies nobis de fera aliqua vel apro vel ceruo, si comode facere potes; nulli enim dubium, quin vehatores et eos, qui feras exagitare solent, nesciis noris, quam ego: poteris hac in re tu nobis mea sententia praeter caeteros bonus esse et commodus. Metzlerum te Lypsiæ conuenisse ipse mihi retulit. Credo tibi hominis animum placuisse; corpore araneolae vix par esse potest. Christophorus a

Taubenheim, eques auratus, iampridem narrauit mihi, se certo resciuisse, Erasinum Roterodamum in sella sedentem diem suum obiisse. Quod si verum est, doleo illum nunc, quoniam res praesens hunc talem virum exposcere videbatur, nobis eripi. Sed quoniam mors necessitatem fati beat, vii dixit Cicero, ferendum est, quod mutari non potest. Tu me, si quid certi habes, certiore reddito. Quae ad te dat Episcopus meus, non dubito; quin sis curatur recte. B. V. Dat. Merseburgi, festinanter VI Aug. An. XXXVI.

IOANNES STRAMBVRGVS
D.

Cum Lipsia a Ioanne Friderico, Electore Saxonie, per totum fere mensem Ianuar. 1547 oppugnaretur, simulque peste premeretur, accidit, ut et ante obsidionem et in ipsa obsidione Professores cum familia et discipulis suis in varias Saxonie ac finitimarum terrarum regiones dilaberentur. Qua de causa Stramburgius quoque cum suis Fribergam secesserat, et inde hanc epistolam ad Iulium Pflugium misserat Cizam.

2.

AMPLISSIMO IN CHRISTO DOMINO
I V L I O,
NVMBVRCENSI EPISCOPO ELECTO ET CONFIRMATO,
DOMINO CLEMENTISSIMO.

Si recte valet A. T. vir Amplissime, et bene est, et de eo, vti debeo, Deo habeo agoque gratias. Litterae A. T.

quas V. huius mensis accepi, fuerunt mihi gratissimae, non tam eo nomine, quamquam et hoc maxime, quod fuerunt elegantissime scriptae, quam quod ipse, qui tantum rationes, quibus in tantis turbis et rerum omnium noxiis mutationibus me consularer, quaerebam, senti me illis mirifice confirmari. Quomodo enim eiusmodi, quae sic accident, non ferat patienter ille, qui intelligit, fieri et accidere omnia illa permittente Deo, et sic permittente, non vt in periculum intolerabile coniiciat, non vt perdat ac perimat, sed vt, si errata ipsi nostra agnoscamus, eripiat, liberet ac conseruet. Quare non committam posthac, vt de eo, quod bona Dei voluntate et ad emendationem vitae nostrae fieri intelligo, doleam impensius, et satis fuerit, quod equidem indico, si Deus tantum largiatur, vt illi ac bonis viris fidem ac facta qualitercunque, et vt est captus hominum, comprobare queam mea. De iis, quae fortuna largita est, quae sane sunt peregrina, non ero posthac magnopere follicitus: qui enim dat cibum pullis coruorum, quod ait propheta, potest et me et liberos meos alere. Sed cum non oporteat illa penitus negligere, sed dare operam, vt quoad fieri possit, maneant nobis ac conseruentur, A. T. etiam atque etiam rogo, vt velit non tantum principi, cum per occasionem licebit, verum etiam aliis, hoc quoque praeferim tempore, Ch. Ebelebio¹⁾, me ac res meas commendare, ne quid ex illis me absente diripiatur. Sed cum sciam, me A. T. curae esse, nolo hoc vrgere. Porro quia vereor, ne proximis aliquot mensibus Lipsia sit professoribus futurum commodum receptaculum, cupio, A. T.

1) Chr. Ebelebius fuit a consilio Mauriti Principis Electoris, quibus is et in bello et in pace egregie est vius. cf. Spangenbergs Adelsspiegel T. II. p. 254. In Ludwigi Reliquiis Mscv. Diplomat. ac Monumentar. T. X. p. 291 iudex Leucopetreas praefecturae principalis fuisse dicitur.

cogitare, quomodo possint, et quo loco conseruari interimi studia; Misna²⁾ angustior est, quam, si debeant arcessiri professores et reuocari discipuli, vt possit omnes recipere et suppeditare necessaria. Ac plane non est conunitendum, vt diu scholae sic desertae iaceant. Ingolstadtii et bella et pestis studia sectantes abegisse dicuntur, Lipsiae et Vuitebergae nemo est neque praceptor neque discipulus, Tubingae rarissimi. Et posset ea res causa esse ingentium malorum, si nemo prouideret. Quare A. T. vehementer rogo obtestorque, vt, quomodo illa occurri at subueniri possit rebus, inire rationem quamprimum velit. Ego si quid potero conferre, curabo, vt et de meis rationibus A. T. tum cum videbitur, fiat certior. Interim Deo me et A. T. commendo. A. T. B. V. Datae Freibergae VIII Februario Anno M.D.XLVII.

A. T.

IOAN. STRAMBURGER,

D.

De Vuerteris fratribus tribus, Vuolfgango, Antonio et Philippo, quorum studia rexit Georg. Fabricius, cf. Schreberi Vita Georgii Fabricii p. 45 sqq. Post mortem patris Theodorici Iulius Pflug horum iunenior, cum ipso coniunctorum cognitione, studia resque domesticas videtur curasse. Litterae, quae mox sequuntur, quid disciplina effecerit Fabricii, qua et domi Beichlingi in Thuringia, et in Vniuersitatibus litterarum Italicis et Germanicis vti sunt, satis super-

2) E si Misnia angustior erat, quam vt capere posset omnes Professores et discipulos Lipsienses, tamen iussu Mauritiis Illustriss. Professores cum discipulis reliquis eo se contulerunt. cf. Georg. Fabric. Rec. Misnic. p 20, et Felleri Catal. Codd. Mscrr. Bibliothecae Paulinae p. 49.

que demonstrant. Scribunt autem ita eleganter, ut ipse Fabricius has epistolas scripsisse videatur. Praeterea. Vuolfgangus, quo in studiis ardentiorem, in laboribus toleranter et in exercitationibus constantiorem Fabricius testatur se vidisse neminem, litteras tam pulchre pingit, ut hodie adeo palmam calligraphis paene omnibus praeripere possit.

3.

REVERENDO VIRO AC DOMINO

D. I V L I O P F L V G,

EPISCOPO NVMBURGENSI,

COGNATO SVO VENERANDO.

S. Cum propter amicitiam, quae tibi cum patre nostro amantissimo fuit, et nunc cum fratre Vuolfgango est, tum propter animum tuum erga nos singularem atque paternum, quem nobis non solum adhortatione tua, cum domituae essemus, declarasti, sed etiam antehac semper praestitisti, facere non potui, quin aliquid ad te litterarum darem. Non sum nescius, te aliquando ex ne grauiter offendimus fuisse, cuius si mihi in mentem venit, vehementer doleo, teque ut illa aetatis meae errata mihi ignoscas precor, nam in posterum ad cauendum semper sum futurus canticus, durusque operam, ut non solum tua dignus benevolentia videar, verum etiam, ut quemadmodum antea culpa doluisti mea, ita nunc duplicetur gaudium ex mea emendatione tuum³⁾). Illud autem te facturum mihi dubium non est, noui enim humanitatem et voluntatem in me tuam, de quibus tamen ut certus sim, mihi per literas eandem signifiques, et si scribes ad nos, quoad tibi graue non erit, de ordine

3) Cf. Ciceronis Epp. ad Dixer. XVI, 61.

Studiorum nostrorum aliquid adiicias, et quid nobis factendum sit, doceas, vehementer te rogo. Hoc mihi gratius facere nihil potes; idque si feceris, me omnia, quae te velle intellexero, summo studio diligentiaque facturum promitto atque recipio. Vale et me anima. Argentorati VII Idus Febr. M.D.XLV.

ANTONIUS DE VVERTER.

2.

HONORATISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,
DNO IVLIO,
ELECTO ET CONFIRMATO NVMBURGENSI EPISCOPO,
COGNATO ET DOMINO SVO OBSERVANDO.

S. P. D.

Litterae tuae, domine, quas ad Vuolfgangum fratrem dedisti, nobis XVIII Calend. Iulias a Ioanne Sturmio ²⁾ sunt redditae. Frater vero tertium iam mensem abest, in Galliam profectus: nos hic manemus, dum eum cursum, quem n. hoc Gymnasio habemus propositum, perficiamus, et dum euocemur ad fratrem. Post hanc vero miserabilem Germaniae perturbationem et dissidia ordinum, et patriae vastationem incepimus respirare, posteaquam audiuimus te suis honoribus esse restitutum ³⁾, hoc est, te patriae et patriam tibi esse redditam. Itaque gratulamur non modo laudi dignitatique tuae, quae tam excenso illustrique loco sita est, verum patriae quoque, quae quoniam admodum debilitata hactenus est, plane opus habet, ut magni alicuius

2) Io. Sturmius Argentorati scholam bonarum artium anno 1538 aperuerat, cf. Thuan. L. XCVI. p. 728, cuius doctrinæ fama Wertheri comoti duce Fabricio litteris operam ibi dederunt.

3) h. e. Episcopatu Numburgo-Cizensi, quem adiuvante Ioanne Friderico, Electore Saxonise, Amsdorfius inde ab anno 1542 usque ad an. 1546 tenuerat.

excellentisque viri pietate ac virtute recreetur. Quia si caeteri vtentur, non dubitamus, quin nos quoque eadem et ad rationes nostras et ad existimationem frumenti simus. Hac quidem nos spe ipsi hoc tempore fouemus, et ex literis voluptatem capimus, quarum causa huc missi sumus, atque vtinam multo antea venissimus, propter huius scholae institutum et rationem, quam sequuntur in omnibus ordinibus discipulorum, qui sunt varii. Iohannes Sturmius nobis quandam rationem praescribit, quam hoc triennio sequi debemus; et quoniam ea putatur utilis fore reliquae nobilitati, librum hunc est diuulgaturus, quem nos, quamprimum editus erit, ad te mittere. Sed ut ad res nostras reuertamur, plane necesse est, ut eas praefatatis alicuius et ad omnem laudem insignis viri curae atque industriae committamus. Qui si ex omnibus, quortum aliqua nobis est notitia, exoptandus esset, quem tecum conferremus, certe non haberemus. Quapropter commendamus tibi omnia nostra negotia, res domesticas, fortunas, studia, eaque et totos nos ipso fidei tuae tradimus. Pollicemur autem vicissim, quidquid in nos beneficium contuleris, eius nos semper menores fore, et si referenda gratia minus poterimus, habenda quidem certe tibi satisfacturos. Vale. Argentorati.

IX Cal. Iulii: Anno 1548.

PHILIPPVS et ANTONIVS DE VVERTER,
fratres tui studiofissimi.

REVERENDO ET AMPLISSIMO DOMINO
D. IVLIO,
EPISCOPO NUMBVRGENSI,
COGNATO, TANQVAM PATRI OBSERVANDO
SVO

Cicilij.

S. Magno in hac molestia nostra solatio nobis fuit epistola tua, plena et humanitatis et benevolentiae; quae mihi tamen quarto demum mense post redditâ est, quam Cizio a te data, in qua quod molestias ipsas atque iniurias, quibus immerito sane afficimur, communes tibi nobiscum putas, maiorem te amoris et fiduciae nostrae, quam aetatis dignitatisque tuae habere rationem, libenter agnoscimus, gaudeamusque, ut re verâ est, ita persuasum tibi esse, tantam nos in te spem habere positam, quantam filii charissimi in patre optimo debent possuntque maximam. In causa itaque quoniam pro facilitate tua pateris tu, et fratres a me, qui non semel interfuerim, id postulant, faciam, tibique, ut spero, ostendam studium et voluntatem nostram consiliis monitisque tuis fuisse consentientem. Nam ut de nobis, quod vel re ipsa loquente, liquido possum, id primum dicam: duo fuerunt, quae me ab initio non hortarentur, sed impellerent, ad voluntatem fororii nostri retinendam: honestas ipsa, quam coniunctio nostra requirerat, et necessitas, quam omnes nostrae rationes imponebant. Neque enim non videbam, quam difficile futurum esset, et absentibus nobis, et in studiis nostris occupatis, et maleuolorum quorundam inuidia paene oppressis; contra praesentes, cum ardore quodam incitatos, tum gratia suorum haud parum confidentes, ius nostrum tueri. Itaque cum per me ipse, tum per amicos meos in eo ma-

xime elaborabam, res ut ante discessum meum transfigeretur. Sororium ipsum animo per se non alieno ad rem habebam, carentem tamen, ut vere dicam, iudicio in consiliis capiundis, ut qui nos tam fidelitate, quam numero consiliarios suos aestimaret. Committebatur autem hoc uno maxime, ut arrepta occasione, in causam simul irreperent ii, qui, quod et illi et nobis inimicissimi essent, compositionem modis omnibus impedirent, iniquiora nobis indies proponerent. Quae quidem res, quounque etiam post discessum meum progressa sit, non potes propter indignitatem facti non audisse. Assiduitate enim et aequitate nostrorum victi admittere se tandem consilia recta velle prae se tulerunt, (malo enim dicere, quam simularunt, tametsi id res iam ipsa non obscure declarat). Hic cum praefato statim essent nostro nomine Christophorus a Carolowitz ⁴⁾ et Henricus a Vitzleben ⁵⁾, optimi et ornatissimi viri, transacta tum etiam res est, fides vtrinque data, comprobatae et obsignatae litterae. Has, o Dii, quia servatas nos volumus, a contentionibus nouis abhorremus, facere contra fidem honeste non possumus, in ius rapi-nur, iniuris oppugnamur, calunniis omnibus vexamur. Ad hanc rem homines natura et morib[us] perditi, innocentissimae feminae sororae nominè abuti non dubitant, quam nisi coactam quis credat simile quid unquam cogitasse. Disseminare haec conor saepe apud alios, excusare etiam, si quo modo pateretur res, cuperem, apud te

4) Christ. a Carolowitz. cf. Schreberi Vita Georg. Fabricii p. 329. Boehm. de Litterat. Lips. p. 19. 59. 76. 81. et Weisse, Profess. Lips. Jurisconsul-tissimus, in fragmentis vitae eius huper editis in: Neues Museum für die katholische Geschichte B. II. §. 1.

5) Henricus a Voitzleben scholam Roebiensem ex consilio et senten-tia Georgii Fabricii ad medium scholarum nostrorum Electoralium con-didit.

nihil sane hōrum possum propter amorem, cuius id proprium puto, dicere quod sentias. In quo tamen si nimium mihi sumo, dolori etiam rōgo des aliquid, qui eo nunc plane maior est, quod quem ego imprudentia labi antehabat putabam, eum malitia nunc peccare tam impudenter omnes et intelligent et doleant. Quid? coniunctus nobiscum esse cupit? at promissa seruet, et erit non nomine solvit, sed re etiam sororius nobis coniunctissimus. Sin, quod honoris et existimationis suae causa communī hominum iure, quid dicam alienis? hostibus etiam ipsis praestare debet, id negat nobis, et quaestuofum etiam id esse vult sibi, nae ista hercle haud magni nobis facienda coniunctio est, ac meo quidem animo, non quomodo conservanda, sed quomodo cauenda, potibz cogitatio. Quod etiā seriat fortasse facere videanur, facilior tamen adhuc excusatio credulitatis est, quam si longius duci nos pateremur, futura esset ignauiae. Habet, Iuli, quantum per dolorem et iniuriaē grauitatem licuit, breuissime, re tamen ipsa verissime totius dissensionis nostrae causam, qua optatum illum, consiliorum tuorum fructum percipere hactenū non potuimus. Quod reliquum est, nisi iudicio et autoritate tua reuocari se noster ille ad aequitatem patiatur, non video, quis modus futurus sit contendendi. Aliorum enim cohortationes et preces quid valeant, vides. Henricum de Vuitzeben, q̄tē vnum sibi int̄nictum iudicat, tum se vltum prob̄ putat, cum nobis plurimum nocuerit. Christophorus a Carolouitz causam totam habet cognitam; eum quoque nescio quomodo audire hon vult. Scripsoram ego huic superioribus diebus, rogans vt Andreeae fratri tuo, et Iohanni ab Ebeleben, amicissime id officii deferentibus, in hac ipsa causa nostro nomine adesset, sed frustra eos quoque laborasse vereor, propterea quod nota mili sunt occulta et maligna quorundam studia. Quocirca illud per

eam ipsam benevolentiam tuam, quae se iunctum sibi nihil
a nobis esse vult, rogo te oroque, Iuli, causam hanc no-
stram tuam putas, quod sororii fide dignum, sorori ipsi
valde necessarium, omnibus certe nobis honestum, susci-
pias, pugnes, transacta quae palam sunt, ne retractentur
eum dedecore. Hoc nos, hoc omnes, quibus commoda
et ornamenta nostra chara sunt, beneficio summo affeceris.
Vtiam nobis tam honestum cedere, quam turpe non re-
sistere, ostenderemus profecto, pecuniam, quam ille officio
omni anteponere videtur, nobis tanti nullam esse. Atque
huius quidem rei, si reputare secum volet, signa etiam
alia non obscura dedimus. Vale, et ignosce longiorem me
frustre, quam dignitas et occupatio tua permittebat. Datae
Lutetias Parisiorum XVII Kalend. Aug. Anno M.D.XLIX.

VWOLFGANGVS DE VVERTER
tui studioſissimus.

Qui has tibi reddidit, Isaac, natione Gallus est,
commendatus tibi, vt ipse ait, a Damiano ⁶⁾
patrueli fratre tuo. Ei, non quod ita necesse
sit, sed quod a me petuit, et dignus sit, qui iu-
vetur, ego quoque rogo ostendas tuum in ma-
 amore, de quo ipse ita bene existimat, vt
superiori etiam commendationi accedere ali-
quid posse non dubitet. Vale.

6) cf. Schreb. in Vita Georg. Fabritii p. 251.

REVERENDO ET AMPLISSIMO DOMINO
DOMINO IVLIO,
EPISCOPO NVMBRGENSIS,
COGNATO SVO OBSERVANDO

S. P. D.

Faciam, Iuli, quod vultis, sic enim debeo, et fecisse. Im-
perpetr spero; studui quidem certe. Suasit hoc coniunctio-
nista, impulit quodammodo virtus tua: huius equidem
confidere tanto plus indies debo, quanto maiorem
constantiorumque in me tuendo exterior. Rationes istae do-
mesticæ valde me perturbant, quasi enim fato quodam
obstistere conatibus nostris visae sunt semper. Sed haec
coram commodius. Ex theologis græcis praeter Eusebius
hic negant editum alium esse; eum ego ut habeas curabo.
Vale et me commendatum habe. Lutetiae Parisiorum, IIII,
Non. Sept. M.D.L.

WOLFGANGVS DE VVERTER
tui studiofissimus.

Georgius Vuicelius, theologus primum Pontificiae, tum
Lutheranae, mox rursus Pontificiae familiae addictus, et
homo animi ingeniique ferocioris, eximia litterarum omnium
in primis hebraicarum, cognitione magnam tum sibi famam,
et sic quoque benevolentiam et amicitiam Iulii Pflugii pa-
rauerat. In emendandis lacris non ultimas egit partes, ita
tamen, ut, cum inconstancia et feruore suo abreptus modo
Pontificios, modo Lutheranos sequeretur, in utriusque par-
tis incurreret odia, et mox laudaretur male, mox reprehен-

deretur. Hinc quoque homo vagus et instabilis errabat sedemque siam mutabat, immo potius metu; ne vexaretur ab aduersariis vel opprimeretur, mutare saepius cogebatur. Nec mirum, eum interdum epistolis nostris ad Iulium Pflug missis, ne locus, ubi versaretur, et chirographum eius inde cognosceretur, neque locum neque nomen suum integrum addidisse, easque adeo aliis interdum scribendas commisiss. Vuicelius ipse de se et vita sua multa narrat in: *Confutatione calumniosissimae responsionis Iusti Ionae una cum assertione bonorum operum.* Colon. 1533. 8. p. 54 sqq. Praeter ipsum consulendi videntur Petri Baylii Lex. Criticum I om. IV. voc. George Wicelius: Arnoldi Kitchen. und Recherhistorie, L. II. p. 92. Seckendorf. Lutheranism. ad an. 1539. Christ. Broweri Fuldeni Antiquitatt. L. IV. p. 337 sqq. S. V. Burscherrus in Spicilegio XXX Autographorum, et infra omnium Strobels Beiträge zur Litteratur des 16ten Jahrhunderts Vol. II. p. 209 sqq. qui et scripta eius, aetate nostra iam rarissima, quantum fieri potuit, recensuit omni eiusque vitam diligentissime perscripsit. Praes caeteris autem, quae commorenuntur, dignae sunt Vuicelii epistolae conscriptae inde ab anno 1529 usque ad an. 1536, et editae Lipsiae 1537. 4. in quarum Libr. IV. etiam tres reperiuntur Cizam scriptae ad I. P. h. e. Iulium Pflug, non, vt Stobelius l. l. p. 244 existimat, Iohannem Pflugium, qui nunquam Cizae existit. Nomina autem amicorum, ad quos scripsit, ne inuidiae et calumniis obiicerentur, non integra adiunxit, sed compendiis notauit. Cacterum oratio eius plerumque feruet, et, vt ipse in Prologo epistolarum editorum ad lectorem fate-

tur, solacis interdum, barbaris ac studio accersitis horret voculis. Elegantiae et puritatis interdum immemor pro ingenii sui seruore noua cudit verba, qualia occurrunt in epp. nostris: *Lutherizare, Ratisbonare, Gacangeli* etc. atque non sine sale et lepore ludit verbis, rebus et versibus ex scriptoribus antiquis translatis, vnde eum fuisse apparent lectionis varide ac profundae, et eruditionis praeclarae, qua praeceuntibus multis aliis Ioecherus in Lex. Erud. ad h. v. eum temere fraudare est conatus.

Epistola prima scripta est Islebii, vbi Vuicelius, cum partibus Lutheranorum relictis Nimecia, oppidulo ultra Vitebergam fito, in quo sacra curauerat, 1531 recessisset, et modo Facchae apud parentes, modo Erfurti per duos fere annos exul commoratus esset, ab Hoyero, comite Mansfeldensi, qui Pontificiorum partes adhuc sequebatur, ad St. Andreæ concionator 1533 constitutus, auctore Browero in Antiquifatt. Fuldeus p. 341. in dubia sacrorum functione usque ad annum 1538 Islebii vixit. Quia in urbe quam male aduersarii eum exceperint, et quibus maledictis infestati fuerint, ipse Lib. III. ep. 1. more suo h. e. stomachabundus cum Nausea suo conquesitus est.

GENERE, VIRTUTE ET AVCTORITATE

CELEBERRIMO

D. IVLIO PFLVG,

DOMINO SVO, OMNI OBSERVANTIA
COLENDO.

Citius a.)

Gratia et pax in puero Iesu.

De benevolentia tua, Iuli, et fide erga me dubitare nequicquam debeo, sicuti tu de obseruantia mea et mutuo erga te amore ambigere non potes, quantumlibet bene multi menses abierunt, quod neuter alteri scripsit. Nomen tuum mihi, si cuiquam alii, et auditu iucundissimum est, et cogitatu dulcissimum, non tam ob dignitatem gloriamque, qua flores, quam ob ingenium istud atque disciplinarum possessionem, qua stemma tuum mirabiliter illustras. Huius rei ergo te non possum semper non deamare, admirari, venerari, simulque precari, ut haec natio tui similes habeat permultos, quod idem comprecox, quoties de Simone illo Pistorio ²⁾ fermo mihi est ad amicos. Iugum illud quanti ego faciam, ipse mihi abunde testis sum. Duo vos estis ii, quorum auctoritate ac consilio, ut prudentissimo, ita grauissimo, non modo politica commodius habere lese, sed Ecclesiastica etiam possunt. Magno certe beneficio cumulata est Misnia Iulio et Pistorio consulibus. Vellem tale agnoscant ciues patrii, et animadvertant, quanto se dono Deus Opt. Max. honorarit, ne ab in-

1) Julius Pfug, praepositus tum collegii Canonicorum Cizensis, iam habitabat Cisse.

2) Iurisconsultorum Lipsiensium collegii principe, et a litteris Georgii, Ducis Saxonie, quem nunc dicunt Cancillarium. cf. Fabricii Res Milic. p. 217.

gratis geminae istae stellae gratosissimae communi regionis
malo et nostro denique dolore praeter opinionem auferren-
tur. Beatum ducena Georgium Illustriss. cui tales contige-
runt viri! Quales ii vero? Quales, nisi amplissimo gradu
digni? Neque vero patiar, vt alios (apertius nolim loqui)
hic mihi cœu excellentiores ac fastigio illo digniores iudi-
candos quidam inuiduli adferant et obiciant. Praeter hoc
iugum nescio in Misnia viros, (hoc meæ vocis testimonium
apertissimum esse cupiam) quos meliore iure praeferre aliis
licet, quosque possis maiore licet iniuria honorificentissi-
mos confiteri. Atque utinam te, Iuli, aspiciam aliquando
Episcopum³), et Pistorium Ephorum⁴. Electores horum af-
fectu feruntur, non ducuntur iudicio, alioquin nemo te (ab sit
adulationis suspicio, vbi veritas urget aperita) ad Episcopatu-
m⁴⁾ instructior fitterit. Quo acerbius tuli, cum primum,
aut dissem cognati Mauriti non sanè præclare facinus. Heu
nisi, itquam, quid ille Iulii splendor commeruit, vt tam
funesto euentu offuscarerit? Sed perpendenti mihi, virtutem
tuam nullus plane hominis turpitudine contaminari, aut
posse tantum protinus refedit moeror. Nec hi persuasi alter
quam sapienter te faturum pro tui animi altitudine, quic-
quid tandem futurum erat. Dictum per quam miserabile,
bene natum Mauritium eo fuisse acutum, vt Aegypti exem-
plum lamentabile renouaret. Vetus quo non agat Amor,
Vimus et Nox, etiam eos homines, de quibus non minor
fuerat bona existimatio? Vium Agamemnonem tulisse, et
extinguit.

E 2

- 3) *Iulus Pius pro Humanitate ac modestia sua grecis adscriptus manus*: nibil moror ista; sicut antea verbis: *Dixi post officia et eccl. addidit: de Pistorio recte.*
- 4) *ad Episcopatum*, haud dubie Misnenensem, chilic Decanus erat, et cui
hoc ipso anno, quo haec epistola scripta erat, *Iohannes VIII*, papa
praepontus est.

Clytemnestram nuncquam vidisse, multo satius erat, si quid
pot factum prodebet ullius consilii mentio. Mirum si tanta
est siderum energia, si eiusmodi producunt signa caelestia,
quemadmodum non Theologi, sed Astrologi auctorantur. Te-
vt magno perseras animo tristissimum casum, vtque recor-
deris officium grauissimi viri, hortari nequitam necesse est,
utpote hominem, cui est ad quaevis mala pectus non modo,
Platonicas sententiis, verum etiam Evangelisticis decretis mu-
nitissimum. Proin hac de re parcias. Illud in praesens, quod
ad te scriberem, statui, Iuli benigniss. tua quippe humanit-
tate fretus, adeoque pictate adductus. Inclinatione tempore
rum tu, quae tua est prudentia, indubie animaduertis. Illa-
que comperis venire omnia, vt nullo alio pharmaco ruita-
occurri, quam sapientia possit. Perfugium erit doctrina, la-
lus quaeretur in literis. Verum non vides, quae sit auxilii
futuri spes, nisi existant homines, doctrina praedicti pariter
et boni. Iam vero nulli horum erunt, nisi existant homines,
quorum christiana charitate, aut, si maiis, benigna libera-
litate ingenia felicia foueantur. Comperisti, Iuli, adolescen-
tum legetem laetissimam ubique succrescere, vt qui ad Ilio-
ras natura ferantur. Horum auspicia ac conatus nos nisi
probauerimus, nimirum quid mentis in nobis sit, non sine
dedecore nostro declarabimus. Dari diuinis palam est,
quorum opera periclitanti naui succurratur in posterum;
his vero non saueamus, hos non prouehamus Christiani;
huius magnae nauis incolae? Scribitur ad me, ubique de-
gere pueros, adolescentes, iunenes artibus ingenuis natos,
inque harum elementis iam educatos, quorum institutum
nullum aliad est, quam in paucis bonisque literis et claris cere
otus senescere. Lipsia praesertim nostra tales continet non
paucos, de quibus non queam pronuntiare, quam quae sunt,
si non profutus illud, certe tolerabilia. Dergunt ille iu-
venes religione catholici; morum probitate commendati,

descendi cupidi, nec habent, unde persequantur, quod coepimus? Qui, committentes nos, ut inopia turpiter deserant liberale studium? Turpiter deserendum est liberale studium multis, nisi opibus alienis sustententur? Quid vero ibi consilii reliquum, nisi ut viri principes vos detis operam, ne ob vile metallum interire oporteat bonam naturae materiam? Quorsum usus opum, si non in publica commoda? Tot sunt ditissima monasteria, tot insuper collegia regia, uno etiam sub duce Illustriss. et committetur, ne hinc vel pauculi aliquot adolescentes rectis studiis alantur? Multa aureorum inillia quotannis dilapidantur apud otiosos istos, non dicam, quanto orbis offendiculo, quoque suo periculo, et imprudenter factum putabitur, si inde nonnihil decidatur in usus pauperum studentum? quis est illic fructus, quis honos ab liguritionum tanti auri et argenti? At hic poterat esse non minor fructus quam honos. Compertum habemus, inter tot cuneos clericorum vix paucissimos reperiri, qui vel cathedrae vel scholae muniis inplendis idonei sint. Non ergo prospiciendum erat Ecclesiae, ut nanciscatur ministros aptos? Quos iam habeat, videnius, quales habitura sit, nos quidem praeterit, nisi si qua subaugurari licet ab aëlinatione hodierni status. Lutheri sodalitas hac etiam in parte praecurrat; apparet enim, quanta sedulitate studiosos adiuuet, dum curae habet suam Ecclesiam. Atque inde illi proutenunt egregia ingehia, et quae suffectura sunt ad utrumque pulpitum sua in factione. Id exempli nos ad imitationem numerum nisi extimulet. Desiderantur viri docti inter Catholicos, praesertim in Germania, atque si qui sparsim sunt, pedetentium occidunt, in quorum locum quos obsecro subdemus alios? Perpende, quam fere nulli supersint doctores Theologiae, quam pauci boni concionatores, quam rari eruditissimatores, in unaquaque prouincia, maxime Catholicorum. Si quid est laudatum ullibi, leui ictu motum ad factionem

mundo gratam delabitur; ibi enim honos habetur artibus, ibi sine contemptu vivitur. Perlustra ciuitates ac viros vel tuae Misniae, et exploratum habebis, miserandam esse ubique penuriam bonae rei. Sat quidem facerdotum monachorumque inuenies, sat item opinorum censum, sed quam viles populo, quamue dignos Ecclesia, ipse videris. Vigilare igitur tanto in negotio cum omnes Praelatos conueniebat, tura maxime te, Iuli, teque Pistori instare congruebat (vixote studiorum non modo patronos optimos, verum etiam studiis ipsis excultissimos) ne fiat, quod postea inani poenitidine ducti deploremus. Agite apud ducem Illustriss. vt ingenuae iuuentuti vel exiguis censulis subueniatur. Ducealis aureis poterunt studentes decem lusineri: at quota est haec pecuniae summula in arca Polycratis? Quoties profunduntur uno die quingenti aurei in vacuum, et veremur certam paupertatem, si dimidium expendamus ad subleuandos studiosos, id quod tamen non modo foret opus misericordiae priuatae, sed etiam magnificentum adjumentum reipublicae. In hunc denum usum fortunatis condenda erant testamento⁵⁾, et statuendae memoriae. Sed illiusmodi tu (quidem) tanto me melius nosci, quanto me melior es. Huc vero me pertraxit partim consideratio calamitosi status in genere, partim cura trium iuuenum studiosissimorum, nempe Ioannis Gigantis⁶⁾, mei nepotis, et correctoris nostri typographici: illos peculiariter diligo propter probitatem simul et in discendo.

5) Iulius Pfugius non modo gentis Pfugianae iuuenibus, litteris operam daturis, verum etiam praceptoribus et discipulis scholarum Cicensis et Numburgensis liberalissime testamento suo prospexit. Insue quoque adhuc viuus, vt ex epp. Msccr. in bibliotheca nostra assertus apparat, non paucos adolescentes in Academiis Germanicis et Italicis litterarum studia sequentes. Cf. Particula testamenti Pfugiani ad finem harum epp.

6) Gigantis Northusani, qui primum scholae Vallis Ioschimicas, deinde Portensi praefuit.

ardorem, cupiens nihilominus aliis etiam esse benefactum, non tam ob fauorem studiorum, quam ob necessitatem reipublicae. Nepos meus Ioannes Vuicelius de patrimonio 100 aureos in quaerendo ingenii cultu consumxit, primum Erphurdiae, nunc Lipsiae, sed vnde posthac sustineat coepita studia, nihil suppetit, et ego impar sum sustentando illi diutius, quemadmodum coepi. De meo commodo nihil sollicitus, aliorum tantum preces offero. Ipse mihi in praesentia a vestra benignitate nihil peto, nihil exigo, fratum tantum studiosorum causa peto et obsecro, quicquid peto et obsecro, paratus adolescentes paeclarae indolis de meo iuvare, si quid meum esset. Fac, Iuli clarissime, (per Musas, Gratias et Charites rogo atque obtestor) ut cultores Gymnasii Lipsici se suosque conatus tuae singulari prudentiae ac pari humanitati quam maxime a me commendatos esse re ipsa intelligent. Vale. Viue in plurimos annos, Ecclesiae futurus cardo. Vale iterum.

Hungarica clades attulit nobis perturbationem rerum, etiam si ante fuissent omnia tranquillissima: concilii fulgur-disparuit. Nos qui virsimus bonum, male audimus. Vno verbo comprehendam omnia mala praesentia: laboramus Christiani: non bene habemus Catholici. Vale tertio.

Saluta D. Sim. Pistorium, Cancell. praete hunc Georg. Zode⁷), et D. I feil⁸), viros qui norunt, quantum distent aera lupinis. Ignoscetis gemebundo seruo vestro, discipulo vestro. Islebii altera post circumcisitionem dom. Iesu. Anno M.D.XXXVIII.

GEORG. VVICELIVS
Seru. T.

7) Georg. Zode, vel, ut alii appellant, Sode, Prof. et Iurisconsultus Lipsiensis, dicitur a Boehmio in Litterat. Lips. p. 19. grecce doctissimus.

8) Io. Pfeil, Medicus Lipsiensis, et deinde Archiater Mauritii, Ducis Saxonie. cf. Boehm. l. l. p. 46 et 52.

Hanc epistolam Vuicelius, ne proderetur, vbi habaret, non sua ipsius, sed pueri cuiusdam manu eo ipso tempore conscripsit, quo Io. Fridericus, Princeps Elector Saxoniae, a Carolo V. Imperatore oppressus est. cf. Sleid. Commentar. de statu Relig. L. XVIII. ad an. 1547, haud dubie Vuirceburgi, in quam vrbem aufugerat Fulda tempore belli Schmalkaldici. cf. Strobels Heydtäge Vol. II. p. 345. Verba autem sini epistolae adiecta: *Vetus Famulus V.* sunt ab ipso Vuicelio scripta. Sigillum quoque, cui litterae G. V. incisae apparent, est Vuicelii.

2.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI
AC DOMINO,
D N O I V L I O,
ELECTO ET CONFIRMATO EPISCOPO NUMBURGENSI,
DOMINO SVO BENIGNISSIMO.

Reuerendissime in Christo Pater, et princeps illustris, vtrum prius R. T. Celsitudini recuperatam Episcopen gratuler, an vero de pristina illa R. T. Celsitudinis erga gregem Ecclesiasticum sollicitudine laeter, nondum satis perspicio. Magnificentur dominus, qui vtrumque operatus est, in T. Pietatis compensationem. Ipse toto anno, posteaquam a Ratisbona et Eystadio domum per tot itinerum pericula redii, ad aliud vacui nihil, quam ad preces polemicas. Putauit enim mea quoque referre, vt imbellis lixa licet, bello tamen Caesaris interessenti miles Theologicus, et si non manu, pugnarem animo. Inter haec anxia libellos quatuor effudi zelo, polemicos hos quoque. Adscriptae item sunt preces, quas Reuerendissimus Augustanus accepit, num euangelavit, ignoro. Sic oportuit inferuire temporis. Alia tractare,

pax è medio sublata non sinit. Hac redditia totus ero in castiganda Psalterii versione germanica pariter, et dilucidandis locis obscurioribus. Cor etiaminiū intensum gero in expeditionē illam Imperatoriam. Ea' vna res me sollicitissimum habet, siue vigilem siue dormiam. Effari non licet, quam omnis et acer in bello sim. Priuatae rei cura nientent ne tangit quidem vñquam, quantumlibet hyeme praeterita fugati, atque expilati ⁹⁾, nunc Hessiacō hōste circumfusi, vt de intestinae seditionis metu fileam. Angores mei summi sunt, et haec ad Deum vota feruentia, vt Romanus imperator victoria, quae de coelo subministrata illi est, bene vtatur, siccque agat; cum Carthagine, ne Punico bello tertio opus sit. Hannibales non quieturi sunt, et vereor affinitas ¹⁰⁾, ne dicam, communis haeresis, excūpabit iniquas conditiones. Rex Danid non temere conqueritur de fide deditorum: *Filiī alieni mentiti sunt mihi;* radix salua breui repullulabit, quia decreuisse aiunt Electorem nouum constantia Lutherismi. Vtinam Vlmenſi ¹¹⁾ conuentui de consensu religionis etiam cura foret, non de foedere pangendo tantum. Iamiam occasio est in manu, qua neglecta difficultimum erit, quod modo facillimum. Mirabor, si sponte discedent a complexu peramatae sectae duces, quorum in militia opera Roman. imperator vtitur. Ea remanente peste, quis quaefō belli fructus? Cogere isti victos solent, ego tale iudicium committo Potentatibus. Clade, quam acceperint nostri in Saxonia inferiori, supra modum confirmabuntur Anticaesares. Tantum nocere potuit hebes

9) expilati. cf. Strobel I. I. p. 345.

10) affinitas, Mauritiū scilicet et Landgraviū Hassiaci. Ea, quae Vulcelius suspicatur, vere postea acciderunt.

11) Vlmenſi conuentui. Carolus V. in castris ad Vitebergam positis sexta die Maii edixerat, vt ordines Imperii sub Idus Iunij Vlmam conuentent foederis ineundi causa. cf. Sclidan. p. 579. ed. nostr.

istud cerebrum! Credo diabolum ipsum peperisse principem hunc Nitronum. Facit isthaec noua frages; ut qui nuperius cecinerim Epinicion Psal. 17., nunc plangere oporteat caedem Israelis in monte Gelboe. Hunc planctum nobis Rochlitiana laniatio ¹²⁾ Martio mense exorsa est. Magnopere dolet, tantum permitti impiissimis sacrilegis. Videt Caesari, cum qualibus ac quantis sibi aduersariis res sit. Iis quo plura condonaueris, eo magis horum insanabilis improbitatem auxeris. Hessus bellabundus adhuc milites gregarios alit, idque magno dispendio Moguntini et Hersfeldensis. Excursiones aduersarii ambulantes quosquis maxime Caesarianos, saetas atque crebras agitant. Cuiusmodi num faciunt ad deditiōnēm vtroneam? Burenſis ¹³⁾ cunctator est, fortasse iam accinctus is, iubebitur superdere. Sedeo hic cum Danièle in lacu leonum: antistes, qui R. T. C. refusat, et de possessione gratulatur, metu leonum bipedium plane tabefit. Nos enim Imperatoriae victoriae nihil subleuant, adeoque degrauant potius. Interim clamamus ad patrem misericordiae, e quo ut pendeamus solo; ita liberationem expectamus. Scribit R. T. C. de pastoribus idoneis ¹⁴⁾, ego ne vnuin quidem possum accquirere, tanta horum vbiique est penuria, posteaquam statum Ecclesiasticum haeresis subuerit. Desiderantur in hac quoque ditione Parochi, schismaticos citius triginta repe-

12) *Rochlitana laniatio.* Invit pugnam, in qua Albertus, Marchio Brandenburgo-Culmbacensis, qui a partibus Caroli V. stabat, a Io. Friderico, Electore Saxonie, Martio II. oppressus et captus erat. cf. Sleid. L. XVIII. p. 519. ed. nost.

13) *Burenſis cunctator*, Maximilianus, Comes Burenſis, cuius mentio fit apud Sleid. ab initio L. XVIII. et aliis in locis.

14) *de pastoribus idoneis*, cf. epistola, in qua Julius Pflug rogauerat Vinculum, vt sibi indicaret, vbi concionatores idoneos ad Ecclesiam suam constituendam inuenire posset. Reperitur haec ep. in Cypriani Tabulario Ecclesiae Roman. p. 537.

rias, quam vnum Catholicum. In collegiis et monasteriis
nultos habent Episcopi sacerdotes, quos possent ad mini-
steria parochiarum compellere, sed malunt deesse pastores
quibus, quam sacrificies altaribus. M. Beatus, de quo Ra-
tisbonae dixi, ab Abate August. aegre dimitetur. Gerar-
dus Lorichius de militia ad umbram reuersus, Parochiae
S. Ioannis apud Wormatiam addixit lese. Vellem tamenque
Citii esset. Sunt qui euangelizare catholice gestiant, sed
ob vitandos moechiae laqueos refugiant ab ordinibus, quos
vocant, accipiendis. Confilia super ea re nostra non cassam
nucent valent apud Canonistas. Auguror hanc idoneorum
ministrorum inopiam nuporium malorum segetem fore.
Optime precor Reuer. D. Misnensi ¹⁵⁾ et Carleuicis ¹⁶⁾.
R. T. C. commendo Christo Iesu dominino nostro. Puer scri-
psit, sed fidus, quod nollemi chirographo meo, ut forex
voce sua, prodi. Si saeuitia praedonum, qui literis insi-
diantur, dilutius perseuerabit, cogemur vti Laconicis Scyta-
lis. Datum ex solitudine S. Salvatoris, 4 Junii. Anno
1547.

R. T. C,

Vetus famulus

V.

Inuehitur Vuicelius in hac epistola manca, haud dubie
scripta anno 1548, quo in conuentu Augustano, cui ipse
interfuerat, libellus Imperatoris, Interim dictus, compositus
erat, in Theologos Lutheranos, a quibus impugnabatur.

¹⁵⁾ Reu. D. Misnensi, praefuli Ioanni VIII.

¹⁶⁾ Carleuicis, Christophoro, Georgio, Nicolo, Ernesto et Friderico,
qui omnes erant amici et cognati Iulii Pfugii.

S. P. Reuerendissime in Christo pater, et illustris Imperii Romani princeps. Etsi semper me sollicitum tenuit Saxoniae pertinacia, ita ut vix unquam reducendam existimaram, tamen nunc, poliequam e Comitiis domini redii, adeo diffido de bona huius fruge, ut citius credam Marano's converti posse. Et o vini erroris efficacissimam, quae usque adeo in istorum hominum pectoribus invaluit! Quam difficile est, persuasionem falsam exuere, aut potius gloriam ab hominibus acceptam vincere! Quoties ego Augustae, quantumlibet importunus, dixi de non suffragaturis provinciis, tametsi bello subactis! quoties testificabar de nulla Maurorum fide! Quae sita ditio est, non religio¹⁷⁾. Si haec serio quaerebatur, imperari oportuit in conuentu Misnico¹⁸⁾, non deliberari. Locus est pestiferis consiliis procerum quorundam, non tantum doctorum missitatis libellis palam dissuasoriis¹⁹⁾. Et quaenam est illa Melanthonis constantia! puto nullam arundinem aequa mobilem. Novit R. Celsit. Tua, quas scriptiones suas Augustam miserit super Compendio illo catholicae concordiae: in priore totus

17) *quaesita — religio*, a Mauritio, Electore Saxoniae.

18) *conuenit Misnico*, anno 1548 die prima mensis Iulii habito, in quo Georgius, Princeps Anhaltinus, Philippus Melanchthon, Casp. Cruciger, Io. Forsterus, Georg. Maior, Io. Pfeffingerus et Daniel Græserus deliberarunt, utrum libellus Augustanus, quem Carolus V. ordinibus Imperii obtulerat, recipiendus esset, nec ne.

19) *doctorum — dissuasoriis*. cf. Bieck dreyfaches Interim p. 64 sqq. et: *Expositio verum, quae theologi Academiae Wittebergensis et barum regionum alii, qui bis adiuncti fuerunt, in deliberationibus provincialibus de rebus ad religionem pertinentibus, monuerint, snaferint, docuerint, responderint, concesserint, illo tempore, quo et de bis ipsis et de libro Augustano, qui nominatur Interim, qualis esset, quaesitum fuit et tractatum. Witteberg. 1559. 4. qui liber omnia continet, que tunc contra librum Interim a theologis Saxonici sunt scripta et acta.*

fere accessit, in posteriore visus est difficilior quidem, sed non dissensit tamen a priore. Mox aduolauit illuc liber quatuor Euangelistarum²⁰⁾ Vitenbergens. nam quatuor sua nomina subsignarant. In eo scripto, eis Melanthonicis duriore, relicta tamen spes aliqua fuit, antesignanos illos sectae Saxonicae occasione Imperialis decreti terrori ad consensum omnem potuisse, praefertim epistola Melanthonia ad Carleburgum nostrum vnanimitatem speratam magna ex parte pollicente. Verum quid interea accidit? Electore suo dominum reverso adeo non conternati sunt isti Pseudoevangeliae, ut huius reditu etiam animatissimi redditi sint. Quod ita esse, nouus hic libellus arguit, quem 16 Iunii²¹⁾ Vitenbergenses et Lipsienses aduersus librum Imperatoris pacificum ediderunt. Optime Iesu, vt hi ferocitatem, vt superbiunt, vt sua defendant, vt catholica refellunt, et toties diserte protestantur, se a sua sententia nullo modo cessuros. Vnde illis nouus ferociendi spiritus, nisi e mysteriis quibusdam Symbuleuton? Melanthon ante vix metu vixit, nunc redacceptis viribus quid non audet? Miserrum Caesarem, cui toties verba dantur, et quicunq; arte adhuc agitur! Lut**bello** iis*o* minantur plures scriptores contra ordinationem catholicam la Caesare mandatam, quod a medio tempore *Interim* vulgo vocant: hortantur, vt omnes partes suos iuvant, praeferunt ecclesias suas ecclesiae catholicae, condannant hanc, vt semper, idolatria, opponunt futurae animaduersioni suorum principum arma, sed tectius, dissuadent, ne ab illo haec ordinatio recipiatur, testantur præterea vel prædicunt magis, non recipiendam, et cum nihil non eius libri iuste mandati reiecerunt, in calce tamen impudenter aiunt, tres tantum articulos improbare sese. Ge-

20) *quatuor Euangelistarum*, Io. Bugenhagii, Casp. Crucigeri, Georg. Maioris et ipsius Melanchthonis. cf. Libr. Expositio etc. Fol. V, 3.

21) 16. Impf. I. f. Expositio etc. Ed. p.

fit animus in pestilentem libellum scribere, ac declarare orbi, eas contradictiones tanti fieri non debere, ut ob has concordia de novo disiiciatur. Conabitur eiusmodi sua contra nos excusa typis etiam edere, sicuti hunc calamo multiplicata exemplaria vltro citrōque missitam²²⁾, literis additis ad complices, ne recipiant, ne consentiant, ne faciant, quod piissime praecepit Rom. Imperator, et hoc agunt, ut qui recepturi erant catholicam religionem; Iecto libello suo sententiam mutent. Egregie factum! Vitebergia, quae salutem Caesari debet, Caesarem condemnat, hostatrix insuper, ne quis Christiano Caesaris proposito consentiat, inimicae huic sociam se addit Lipsia, eius principis vrbs, qui se ipsum etiam Caesari debet. Hoc sine fructu capit e victoria sua Caesar? sed nolim rhetoricari. Pauci nebulae sunt, qui animos ciuium ad resistendum committunt, idque cogitac veritatis umbra. Tales quare ferunt? An forte nouam sibi calamitatem libert accersere? An nesciunt cines, imminentे bello primos omnium esse Pseudorangelistas, qui diffidant, diffugiant, nullifient, eminent? Vociferantur constantiam et viso uno Hispano, sese portis protipiunt, relicis ad gladium ouibat. Orbis Germanicus illitishodi iam pri dem vidit, palpat, luit, nec tamen sapit adhuc.

Reliqua desunt.

Prouocat Vuicelius in hac epistola Julianum Pflug, ut Ecclesiae Catholicae, quae in summo periculo, succurrat, eosque, qui librum Interim variis libellis edendis oppugnant, omnibus, quibus polleat, viribus opprimere studeat?

22) vltro — missione, cf. I. l. Repositio grec. Eccl. A. a. sqq.

4.

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO
DOMINO
D. IVLIO;
EPISCOPO NVMBVRGENSI,
DOMINO COLENDISSIONO SVO.

S. P. Reuerendiss. atque Illustris praeful et princeps. Hodie tabellio meus a Lipsia reuersus pro subsidio aliquo, quod R. dominus meus Misnenis vltro promiserat mihi, septem simul libellos apporat, quibus adeo dilaceratur vetus religio, mandante Caesare restituenda, vt legens horrescam. Atque ita pro thesauro carbones, pro vuis labrufas pauperculus accipio. Cupiebam recreari, et affliger. O nouam scribendi libertatem! Eam ferre Mauri possunt; tale de Mauris promeruit Imperator. Tanto malo accessit Gamia Danica ²³⁾, quae, vereor, basis erit protegendi Lutherismi. O non prudentissima consilia in conferendis Electuris! o donationem non Constantini, sed Caroli, parum faustam! hostes nobis beneficentia peperit. Sic discat victor victoria posthac melius vti. Verum inter tot libellos haereticos, non famosos seditionesque tantum, Amsdorfi audacia me afflixit. Corberos, Ziegleros, Varenundos, Accipitres, Henebos, Misnicos, Apocalypticos ²⁴⁾ tanti non facio, et si nondum legi omnia istorum blateramenta. Episcopum se Numburga profligatum, ²⁵⁾ Amsdorfius vociferatur: id portenti pluri-

23) *Gamia Danica.* Augustus, Mauritii, Principis Electoris frater, in matrimonium duxerat Annam, Christiani III. Danie regis filiam.

24) *Corberos — Apocalypticos.* Notantur auctores librorum, qui contra Interim eo ipso anno prodierant: quos fere omnes recentet Bleckii *dreyfaches Interim p. 423* sqq.

25) *Episcopum — profligatum,* in libro: *Antwort, Glaub und Bekann-niße aufs Interim Nicolas von Amsdorf, veriągten Bischoffs zu Nau-mberg.* 1548. 4.

mum refert, ut R. V. C. serio perpendat. Ego huc in noua denocor pericula ob publicationem ordinacionis Caesareae. Anget vetus odium suspicio, quia me tamquam cooperarium²⁶⁾ degrauant. Interesse non audebo, quando inchoabitur Eutaxia illa; tantus populi fremitus in fine increbrescit! Hae furiae praecedit editionem duorum librorum, quos in ordinationis aduersarios scripsi, quantos afiguror secuturos? Editi illi essent²⁷⁾, nisi leges politiae obstatissent, per quas tamen edere haec tenus licet nihil non. Catholici ab edendo legibus scilicet prohibemur, in schismaticos nemo animadvertisit. Qua de causa D. Cochlaeus²⁸⁾ graues querelas genuit. Sunt haec sane tristia, neque tanen discedere a proposito debemus. R. T. C. rebus inuiglet, modisque omnibus hoc studeat unum, ut quod coepit Imperator, commonefactus literis tempestiuis fiducialiter perficiat, atque hoc virtute exceli. Res ad triarios rediit. Nisi aderit Deus fortis Israel, inualescet Amalek. R. V. C. optime valeat in Christo Iesu domino nostro. Apud S. Bonif. Martyrem. 8 Octbr.

1548.

V.

26) Tamquam cooperarium: Ergo iam tune quidam homines a Vuicelio in componenda ordinatione Caesarea, que Interim dicitur, auctores reliquos in Comitiis Augustanis esse adiutorios non temere credidisse videntur. cf. Strobel I. l. p. 345.

27) Editi illi essent. Prodiit tamen unus horum libellorum anno infrequentia inscriptio: Georg. Vuicelii Facchensis Bestendige Antwort wider der Lutetischen Theologen Bedenken, welches sie widers Interim geschriften, Cöln 1549, 4.

28) Cochlaeus, acerrimus Lutheri Lutheranorumque aduersarius, immo calumniator, Dresdae, Francofurti, Eysladii, Moguntiae ac Vratislaviae varia administravit munia Ecclesiastica. cf. Seckendorf, Hist. Luth. ranism. III, 35, p. 620. et Saxii Onomast. litt. P. III.

REVERENDISSIMO PATRI AC PRÍNCIPL,
DOMINO IVLIO,
EPISCOPO NVMBURGENSI,
AC DOMINO SVO BENIGNISSIMO.

Citii.

S. P. Reverendiss. et Illust. Laetor D. Theodoricum R. T. Cellitudini acquieuisse. Caetérum quae illé R. T. C. verbis apud me retulit, optarim tam certa fore, quam bona sunt. Tarda solet magis rebus inesse fides, inquit ille. Et Mauri seu Aethiopes si dealbabuntur, credemus Didymi ²⁹⁾, haeresin Saxoniam natali solo cessuram. Habet duas scholas Iorores multo inquinatores, quam fuerunt Oolla et Ooliba. Accessit hymen Aquilonaris ³⁰⁾, et auocata proposito recuperandae gloriae cupiditas. Nihil amplius dicam: quotquot res Saxonicas expendimus, Didymi erimus, dum exulabit Régina istuc haeresis.

Dé capta Constantia nihil forsan R. T. C. nescit, deque Anglorum rege mortuo, et item de seditionis incremento in Galliis. Verissimum insuper esse affirmant, ducem Brunsvicensem designatum gubernatorem totius Hessiae. Illi huc noctu profugit Dionysius ille Lamechita, et nescio qui alii concionatores. Quin et Vuirtembergenses monasteria restituere dicuntur. Praeterea duo e Roma nobis nuntiis venerunt, qui Rheno traecto Bruxellam properant: aiunt faustos esse, quod quidem ad ordinationem Caesaream attinet. Oramus et speramus, alium in Germania nostra vultum fore.

29) *Didymi*, h. e. vii Apostolus Thomas, cuius *ánæs* nota est.

30) *Hymen Aquilonaris*, Augusti et Annae Danicae nuptiae.

Amisderferum profligatum, en rabulam, quo sceleratorem orbis non vidit! it portenti fuit Vinaria³¹⁾, ubi pueri principes in occulto rebellione, non in retinendo Lutherismo tantum duce Thannero et Pontano consiliario constantissimi sunt. Bibliopola quidam Francofurtensis non disimulanter iactat, se ante sexquingensem XXV centneros Lutheranorum librorum in Thuringia et Misnia vendidisse. Tanta homines istos Babylonis apius satietas cepit. Pseudoionas,³²⁾ Hallae nihil non defudat, quod ad confirmandam haeresin pertinere videatur. Erphurdia ne sustinet quidem audire de religione reuocanda. Hypocrisia Hessiae, stupidus sit sacerdos, qui non sentiat. Simulat, ut redimat. Mirabor, si hac arte Caesarem fecellerit. Comites, quos noyi, ne cogitant quidem de recipiendo catholicismo, sed edictis etiam, ne recipiatur, cauent. Usque adeo scilicet sibi a Caesare Lutheristae metuunt. Haec ut R. T. C. fictis Caesarianis minus credit, utque instet irremissius, quo furentibus sectis eatur obuiam. In Christo Iesu domino nostro R. T. C. valeat! 7 Nouemb. 1548.

Es, quod a R. V. D. atque Reverendissimo D. Julio supplex petat, Nicolaus Wolrabanus³³⁾, vir industria praepollens, quantumlibet fortunae arbitrio subinde iactatus, meus ille typographus, ut primus, ita optimus, cui eam ob rem non facere non possum, adeoque, quoniam commisere or, ut post indigna passum catholicismi causa. Postit autem, ut Vesta,

31) Fuerit Vinaria, ubi cum aliis theologis Christlich Bedenken auf das Interim conscripsit, et nomine suo adscripto confirmauit, cf. Bieck's *Ary-faches Interim* p. 122,

32) Pseudoionas, h. e. Iustus Ionas, theologus Lutheranae partis.

33) Wolrabanus, typographus Lipsiensis, alias Vuolrab dictus.

R. Dominatio suas lucubrationes, si quas editas velit, ipsius officinae, quam habet pulchre instructam, perpolite impri- mendas dignetur tradere. Quam ad operam pollicetur ni- hil non, quod probi yiri praestare interest. Huic ego pe- titioni meam adiunctam esse volui; ne amico veteri defuisse viderer. Cochlaei sororius est, et de republica melius om- nino meritus, quam plerique omnes Chalcographi; quo- quot habet Saxoniam. Mitto pariter literas ipsius Nic. Wol- rabani supplicabundas, idque faciendae fidei gratia. Valeat R. V. D. in Christo Iesu, domino nostro, meque sibi com- mendatissimum teneat. Dat. Fuldae 12 Mart. anno 1651.

WICELIVS.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI

AC DOMINO,

DN. IVLIO PFLVG,

EPISCOPO PRINCIPIQUE NUMBURGENSI,

DOMINO MAECENATIQVE SVO SEMPER ET CVM
PRIMIS AMANDO AC OBSERVANDO.

Ad R. S. C. manus

proprias.

Reverendissime in Christo Pater, et mihi semper obseruantissime Princeps. Me ubi dominum rediissem (redii autem impro- priis caelo terraque reflectim fere comicit moribus Deceit- bri frigore contractus. Sextum istud Comitatum³⁴⁾ Imperiale est, cui interfui hisce quindecim annis, quorum vero nullum perinde atque hoc Ratisponente vires corporis immisit, tantumque senii illi conciliavit. Virneburgi pollicis non stetit, (quod quidem ad comitatum istius attinet) quem admodum rebar, et si ab urbe sua me deduci curauit Ascibur-

³⁴⁾ sextum Comitatum. cf. Strobel l. l. p. 342 et 345.

gum usque, ubi nostrum R. reperi fauorabilem. Facta ex-
pensi ratione, apparuit 70 aureos me Ratisponasse, et fami-
liam ipsumfisse domi plus minus 80, hoc est diuinitis Cano-
nici censum, aut Satrapae cuiusdam Hippocentaurici. In-
teriori deplorare pergo praesentis Ecclesiae statum, ut videtur,
irreformabilem. Quo fit, ut metuenda sit Turcae barbaries
pariter ac lectae rabies. Certe Leonistam Rhenus inferior
reformidat, praesertim Gallizantem, inque tanta victualium
penuria. Nec Leo Armenius, nec Theophilus olim in Imperio
Constantinopolitano ita favebat in Ecclesiam catholica-
m et aduersus τὰ ἐντυπωματά salvatoris ac Diuorum, ut hodie
nouus ille Antiochus in vicinia. Onnia sacra diruit, siveque
passim pergraflatur, ut iures illum non Lutheri, sed Zwinglii
scita sectari. Eo perducitur impia persuasione audacissimo-
rum Praedicatorum, quibus studio est, mundum totum suis
inuentis implere. De bello Vngarico apud nos nihil non
mutum; at de bello Italico fama vocalior est. Conscriptio-
nes militum in Saxonia quorsum euasurae sint, nos hactenus
latet. Mitto τὰ νέα Viennae descripta. De colloquio fu-
turo, nemo ne hiscet quidem. Ipse propediem Vormatiam
et Spiram proficiscar, εἰςώ θεοῦ hic Rudolphum reuifurus,
illuc Danielem, quippe ab utroque expectatus hospes. Co-
dex recessus Imperialis ex officina typographica hoc triduo
prodiiit, et hac hebdomade Camerarii Iudicij visitatio feruet,
alii aiunt, tepet. Verba sunt ubique vberima. Facta ubi
sunt? Ego profecto totas verborum naues onerarias profun-
do, tot effundens quotidie literas responforias, quae res me
enecat utpote seueriore Theologiae studio implicatum atque
intricatum; ut taceam, me interdum in sollicitudinem ali-
quam domus ab Wolfenbuteliis coniuctoribus coniuci in ista
rerum omnium caritate. Duodecimus ad mensam accumbio.
Horum coniuctorum septem studiosi sunt, dicas Microscho-
lam. Caetera turba sunt columellae domus, videlicet filiae

Duae et vna cognata in hoc meo difficillimo viduatu. Hora
hac venit ad me Nicolaus Cali, graecus natus ex Pelopon-
neso, compedes ferreos sinistro crure trahens. A piratis nem-
pe Turcicis in Sicilia captus cum matre et duobus fratribus
lytron seu pecuniam redemptoriam ciuitatini emendicat.
Graeca lingua pure loquitur, male sentit de Papa, quem
Stratiotam appellat. Bene valeat R. V. C. Georgii sui nou-
iminemor. Datum 35) ad montem Martyrum Idus Maii anno
1557.

R. V. C.

Servitor humillimus

V.

Ne quis ex aduerfariis haec
legat. V.

Epistola, quae sequitur, scripta est a Vuicelio filio, qui
tunc Coloniae Agrippinae adhuc operam videtur dedisse lit-
teris theologicis. Filius neque fatis, quae sunt incognita,
neque scriptis suis, sicut pater, omnium animos et oculos
in se conuerlit. Dicitur historiam S. Bonifacii Martyris ver-
sibus scriptam 1553 edidisse, cf. Ioechier Lex. Erud. ad h. v.
et Strobelius l. l. p. 269. librum de sepultura Eccles. Mogun-
tiaci 1577 ab eo vulgatum esse tradit. In bibliotheca Epi-
scopali, quam Ciza possidet, inter libros theologicos N. 426.
f. 4. afferuantur haec duo ab ipso composita carmina: 1) Epi-
cedion in obitum Elisabethae, Georgii Vuicelii senioris con-
iugis ac vnicae variarum afflictionum sociae, ad M. Iohannem

35) *Datum*, haud dubie Moguntiaco, in quam urbem 1554 confugerat,
et usque ad finem vitae permanerat. cf. Strobel l. l. p. 547.

Vuicelium, auctore M. Georgio Vuicelio, iuniore: 2) Epicedion in obitum honestissimorum virginum Catharinae, Mariae et Concordiae, sororum germanarum, D. Georgii Vuicelii senioris filiarum, per M. Georgium Vuicelium iuniorem. Moguntiae 1558. Epistola vero ipsa, quamquam longe ieiunior epistolis patris, rem tamen tradit sane memoria dignissimam. Perspici enim inde potest, Iulium Pflugium tunc intanta rerum theologicarum perturbatione trepidasse, et libros theologicos a se conscriptos, antequam in vulgus emitteret, aliis, ne Pontificios eorumque asseclas laederet, nomine adeo suo non dicto, commisso perlegendos et emendandos. Fortasse Institutio hominis Christiani fuit, quam theologis Coloniensibus, acerrimis rerum Pontificiarum defensoribus, perlegendam mitteret, et postea anno 1562. 4t. Coloniae ederet. Reperitur autem iste liber manus scriptus, et variis locis ab ipso Iulio Pflugio emendatus in bibliotheca Cizenii.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI,
AC EIDEM OPTIMO IMPERII PRINCIPI

ET DOMINO

D N O I V L I O,

CONFIRMATO EPISCOPO NUMBURGENSI,

DOMINO ET PATRONO SVO PERPETVA FIDE
OBSERVANDISSIMO.

Citii.

Ad R. Clementiae Suae manus proprias.

Salutem a Christo Iesu Domino nostro, et a me reuerentiam, obsequia ac studia propenissima.

Reruerendissime Princeps, ac Praesulum omnium laudatissime. Id quod R. T. C. vt ante Pascha efficeretur, optaue-

rat, nunc casu magis quam studio accidit. Nam decimo octauo huius mensis Reu. Doctor theologiae D. Ioannes Slotanus per internuncium me accessuit, Commentarium vestrum ad calcem usque diligenter et praeter expectationem celeriter a se perfectum nihil restituens, affirmavitque se omnia sua studia huic negotio postposuisse, utque aliis theologis, si velim, librum illum proponerem concessit, serio laudans illud opus, cum ob eloquentiam, tum ob breuitatem, quodque suo iudicio libere posset prouulgari, tametsi author huius, quisquis is esset, videatur minus versatus esse in doctoribus scholasticis, et quaedam verba posuerit, quae si severo examine trutinari debeant, essent immutanda, id quod in chartula sua videre licet. Porro liber ille, inquit, si prelo est committendus, a diligentiori grammataeo et characteribus aliis, non ita sese longa cauda obliterantibus exarandus est propter chalcographos, nam et in sensu quaedam verba omissa esse inter exscribendum, ut in Q. charta 6 et 7, et in M. charta 7. Cum autem de remuneratione laboris mentionem fecisset ego, ipse non salum non renuit, sed de adversa sua valetudine (qua crebro omnimas vigilias et studiorum labores afficeretur) conquerens, si quid donarem, gratias acturum se autori pronuntiauit: duos itaque thaleros (ex foenore enim octo mutuo accepi) ei numeraui, atque inde e vestigio Reuerend. theologiae doctorem D. Casparum Dogelerum, Carmelitarum Priorem et olim haereticae practitatis inquisitorem adii, commentarium nostrum pari ratione proposui, qui primo negotiorum suorum impedimenta practexens tandem tamen se id, quidquid sit, Ecclesiae Dei praestitum promisit, iussitque me post quatriuum ad se redire. Reuerso itaque milii sic narrauit, manu tenens librum, piissima in eo esse omnia et catholico sensu prolata, attamen se nolle in scirpo nodum quaerere, cum quaedam verba essent posita inusitata et minus cauta in dissertationi-

bus theologicis, e quibus alium sensum Lutherani elicere possent, qualia quaedam annotauerit: Caeterum se totum librum approbare, vt qui simpliciter docendo sufficeret eis, quibus tradendus esset populis, non quidem ad disputandum. Discedens ergo eidem a taleros permisu R. C. Tuae dedi. Postero die Suffraganeum Colon. theologiae doctorem ordinis Franciscani conueni, qui praeterquam quod quadragefimali tempore ordinandis atque examinandis Clericis esset occupatus, nihilominus librum cursorie dicebat se totum euoluisse, noluisse tamen lituris cum suis maculare, nec quicquam occurrisse, quod non esset catholicum, et sese mirari talem theologum in Misnia adhuc reperiri, et totidem, quot caeteris, ei nimnos obtuli. D. Geldrensis quoque quasi per transennam legit, et per famulum mihi remisit, respondens, se ob nuper suscep tam in schola theologorum legendi provinciam, et chorum visitandi, in tam breui spatio temporis nihil in hoc libro annotare potuisse, et censere dignum, vt quamprimum in lucem edatur, idque per D. Maternum. Ego vero eidem indicaui, id vt curarem, me nondum in mandatis habere. Putauit itaque me belle acturum, si, quod Cl. T. optauerat, Commentarium ante Pascha vobis per nuntium ad hoc conductum (nam alumni profectionem suam certas ob causas protrahere coguntur, nescio quo usque) primo quoque tempore transmitterem. Mitto etiam censuras ipsorum theologorum. Si Commentarium hic imprimendum fuerit, remittatur cum Ludouico, quod ego, vt terse et diligenter a me descriptum et incidi traditum in vulgus prodeat, sedulo operam dabo. Scire equidem peruelim, si R. C. T. in praesenti mercatu Francfurtensi pro meis usibus subsidium more solito¹⁾ miserit nec ne, quandoquidem reliquos hinc auocauerit. Quod si factum non est, per M. Ludouicum aut praesentium latorem commode fieri poterit.

1) Cf. Testamentum Pflugii ad calcem harum epp. positum.

Ego interim Deum patrem in coelis supplex orabo, vt Clementiam Tuam non mihi tantum, sed toti Ecclesiae suae benignissime ac longissime conseruet, custodiat ac beatam faciat in aeternum, cui eidem me totum mancipatum humiliime commendo. Dat. Coloniae 27 Martii 1560.

R. CL. VESTRAE

deditissimus

GEORG. VVICELIVS iunior,
theologiae studiosus.

Clem. Dominatio Tua si missura est quicquam,
in auro id fieri commodius, vt chartarum in-
volucris occultatum peruersitatem nuntiorum
fallat.

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI
D. IVLIO PFLVG,
EPISCOPO NEVNVRGENSI,
DOMINO ET PATRONO CLEMENTISSIMO.

S. P. D.

Saepius tecum agitabam, vt Reu. P. T. satisfacerem memor horum, quae a me superiori anno, cum hic esset, P. T. pesterat. Cognoueram enim animum R. P. T. prorsus propinquum ad ea, quae ad concordiam religionis et ecclesiae debitam reformationem pertinerent. Sed hactenus neque mihi, neque tuae Reu. P. satisfacere potui, partim quod Regiam Maiestatem, in cuius autoritate secundum Deum totum negotium consisit, hactenus desiderabam, quae si adesset, aliquid opis religioni magis ac magis apud nos nutanti et labascenti occurrere potuisse diuino auxilio, partim quod non ita nuntios in promptu habuerim; nunc vero nactus

Iunct iquenem non potui. non vel ad lucernam Tuæ Reu. P. prescribere vno verbo, quomodo apud nos status Ecclesiae haberet. Sciat itaque Reu. P. T. inter nos et Calixtinos, vt quidam eos vocant, concordiam taleni esse, vt non defit mutuarum querelarum ansa: licet nos lubentes et de maiorum nostrorum instituto discederemus, si qua ratione honesta liceat. Eorum administrator, vt plerique dicunt, non concordiam, sed dissidium magis spirat; Deus tamen, qui omnia nouit, animum eius tenet. Sed timet Regem, cuius absentia non parum et religioni et politicae rationi incommodat. Omnia negotia grauiora ad eius praesentiam suspenduntur, quemadmodum et hoc. Expectabamus aduentum Regis in Comitiis iam habitis, sed frustra; impedierant enim eum quaedam Vngarica et Turcica negotia. Nobis passim ecclesiae a Lutheranis in absentia regia occupantur, clam enim irrepunt: quibus, quantum datur, resiliimus. Nostri sub utraque, quos vocamus, sunt varii, ipsi inter se dissidentes: nonnulli non longe a nobis abludentes culpant suos, neque per omnia nobis consentiunt. Sed dum inter nos nonnulli illud negotium agitaremus, quomodo concordia tum apud nos Bohemos, tum Germanos sarciri posset, non aliam rationem potuimus inuenire, quam si liberum per Pontificem aut Concilium pronuptiaretur, vt minister ecclesiae indifferenter, vel saltem in Germania, prout quisque peteret, sacramentum coenae dominicae impartiretur, vt hoc pacto ecclesia confirmaret, vel vnam speciem funiere sacramenti, vel vitramque perinde et tantum esse, modo vera et orthodoxa sententia de veritate et ysu eius sacramenti adesset, et in ceteris accederet vera obedientia ecclesiae et praepositis. Quod attinet ad vxores sacerdotum, qua in re non parum etiam controvexitur, facile occurri possit, si sequamur Pauli sententiam, vt sit vnius uxoris maritus iuxta legis veteris rationem, quam Paulus videtur sequi, praesertim si assumatur

conjugatus honestae et piae vitae. Nostrates ministri plerique turpiter vivunt, et concubinas alunt: idem faciunt et sub utraque, sed etiam ad Lutheranorum rationem coniunctas et copulatas sibi et quasi-matrimonio adjunctas fouent. His vitiis non potest occurri commodius, nisi per moderatam similem iam dictam rationem. Nos expectamus Regiam Maiest. et nisi venerit tempestive, timendum sane, ne quid seditionis praetextu oriatur. Nam administrator viriusque, ut vocamus, partis, est vafer et parum catholicus, et ad turbas accommodus, id quod superiori anno in quodam negotio satis experti sumus, quid incepit, defendens quendam Lutheranum ex Cada. Sed praefente Rege ecclesiae se obedientem simulabat, sed, spero, Regia Mai. tandem deprehendet leonem ex vnguis. Nuper huc venit Sebaldus quidam Othmais, qui dicebat, se fuisse a concionibus Dn. Aistensis, et Bambergenis, et a Marchione nunc pulsus, et deinde in Boheniae finibus vestibus spoliatum: supplicauit itaque Archiducum, cum erat ei in Poloniā discedendum, pro ueste tandem Dn. Protonotarius Regni a Vergiswitz, affinis aut cognatus Reuer. P. T. decem vallenses ei contulit. Is vero, ut ferunt, turpiter hanc pecuniam dilapidauit non ita occulte, a nobis vero fraterne tractatus et parochia satis honesta in Brixia ornatus, Lutherano more se istic dabat, seditionem fere excitabat, propterea vocatus a principe nescio quid de eo fiet, nisi fuga sibi consuluerit. Quidam dicunt eum quoque apud Reu. P. T. fuisse, et turpiter se etiam dedisse: quidam monachum fuisse, quidam prorsus Lutheranum et nunquam vere consecratum, et missam celebrare non posse nec scire, eo quod dum hic esset et Brixiae, nunquam eam celebrarit. Haec ad lucernam, ubi de nuntio comperi, volui ad R. P. T. scribere obiter, plura aliquando, si Regia Mai. venerit, et aliquid, ut speramus, in religione constituerit. Quia in re si R. P. T. calcar ei adderet, rem piam et officio suo di-

gnam faceret. Benevalere precor R. P. T. Ocius. Pragae
die Mercurii ante ferias exaltationis crucis. Anno M.D.LIII.

REV. P. T.

deditissimus

HENRICVS SCRIBONIVS,

Praepositus ecclesiae Pragenis.

REVERENDISSIMO DOMINO EPISCOPO

NVMBVRGENSI,

IVLIO PFLVGIO,

DOMINO ET PATRONO COLENDO.

Ad manus proprias.

S. Cum tabellarii, qui in Misniam ad Dominum Carlovizium rediret, copia mihi facta esset, nolui enim fine meis litteris ad Reuer. D. tuam hinc abire, cni omnia optata et fausta ex animo precor, rogoque, vt de rerum suarum statu ad me, quando per occupationes poterit, aliquid perscribat. Quod commode faciet missis ad dominum Carlovizium literis, qui eas porro ad me per certos tabellarios perferri ciperabit. De rebus harum regionum vellem quidem ad R. D. T. pluribus scribere, sed literis hoc tempore non omnia tuio committuntur. Totam Germaniam ita afflictam video, vt, quae antehac exteris nationibus fere omnibus terrori fuit, ne breui omnibus ludibrii fiat, magnopere verear. De ordinis vero nostri conservatione quid sperandum sit, alii indicent. Ego nos eo redactos arbitror, vt ad ecclesiae reformationem, quam praeter officium hactenus negleximus, posthac nullo negotio inducamur. Faxit Deus vt hoc fiat praeter existimationis et rerum nostrarum detrimentum! Quod reliquum est, D. T. ea de me, quae de amicissimo so-

Met, sibi polliceatur. Ex Pataua nostra: raptum. 8 Maii Anno
53.

REV. D. TVAE.

addictissimus

VVOLFGANGVS,
Episcopus Patavienensis.

CLARISSIMO DOCTORI PIETATEQVE VERENDO,
TVM ETIAM
INCLYTO NOBILITATE BARONI,
D. IVLIO PFLVG,
CANONICO MOGVNTINENSE ATQVE IBIDEM ARCHIEPISCOPO
A CONSILIS,
DOMINO SVO COLENDISSIMO
S.

Quantopere cum ob singularem eruditionem tuam, quae
orbi nota est, tum quod Casp. Bornerus, Professor Lipsensis,
toties tamque praeclare de te mihi retulerat, in catalogum
clientum tuorum adscribi semper optavim, Clarissime Iuli,
satis intelligere potuisti, vel ex literis meis, quas in posteriori
conuentu Ratisponensi grauissimis in fide negotiis tuis inter-
posui, vel inde etiam, quod in coenaculo obambulante te
eodem tempore, quoquo modo possem, conuenire non ve-
ritus siem. Quam vero grata tuae celstudini humilis mea
salutatio fuerit (nescit enim animus tam augustus et candi-
dum illud tutum pectus aliud intra se clausum, aliud lingua
promptum habere), id sic altamente reposui, vt, dum vino,
humanissimi iuxta et charissimi Iustii non sim obliturus. Ac
proin quidem; ubi primum domum sedii, gratias egi Bor-
nero, quod opera et fusa*tu* ipsius tentum mihi amicam com-
parasse*me*. Atque ultimam animi nostri sic incalescant mutua

benevolentia, sic studii amicitiae et voluntatis coagulatur, sic vineulum sit flanum et veri amoris, Gordii plaustrum instar, nodis in semetippos impositatis adstrictum, ut nullo casu, nulla vi aut temeritate Alexandrina solui queat, siue, ut magis apposite dicam, sit funiculus ille triplex, quem Salomon negat facile rumpi. Siquidem pulchrius nihil atque felicius in orbe esse puto, quam doctorum et piorum hominum amicitia frui. Expertus hoc est, ni fallor, noster Bornerius, qui respondit in hæc verba: „Fuiisti tu Ratisponae, quae res tibi cum pluribus hominibus optinae expectatio-„nis communis fuit, sed nullo magno cum fructu et suo saepè „sumptu maximo. Philippus hac transiens communicavit „mihi historiolam eius rei, ostendit etiam quaedam legenda, „ex qua considerare posui, quid gerant amplius etc. et quam „plerique qui assedernit Episcopi vel reguli. Sed quod ipse „scribis, recitat omni concordiae lpe, id quod est imperatorum „diploma haud obscure indicat, ut dicere queas: qui tenet, „tereat aliuc, qui rapuit, rapiat. Indumenta salutari verbis „meis, recte honestem Episcopum, si volet. Est, quod ipse „scribis, brevi quoque, maximisque omnino curia et rebus „semper oppressus, tractasset humaniissime te, si illi vel ullum „fuisset paene spirandi speratum. Scripsit et ipse mihi e me-„dio Ratisbona, contentu his verbis inter pauillula: „De „actis equuentis huius nostri non habeo, quod addam, cum „omnia etiam nunc incerta sint. Caesar manere fit graui-„ter sumgitur, cuius consilia quietis, et, ut mihi quidem vi-„deatur, salutaribus, utinam voluntates nostrorum hominum „respondent! Sed Dpus nos tandem, ut spero, respiciet: „haec ille. Magnopere modestiam et sapientiam optimum „que de religione studiunt eis praedicavit Philippus, in „quod nihil fucatum, nihil subtil sophisticum“; iste tenus amicu-„cus ad amicū de amico amissus scripsit. Subiuncto igitur amore tui flagrante penitus accedit Martinus Leouintius

homo doctus pariter et pius, quo familiariiter vix; is Tub-
 inde multa de te, deque tua illa in omnes studiosos pia be-
 nignitate amanter et magnifice quidem praedicare solet.
 Quamquam autem diu multumque versari in me ad omnes
 cogitationes te per literas aliquando salutandi, ac tandem
 aliud atque aliud animo subiiciente, occasio oblata esset non
 intempestiuia, hactenus tamen tanti principis negotiis perpe-
 tuò disstrictum ineptiis meis interfurbare nolui. Caeterum
 nuper cum forte apud venerabilem pietate ac generis cele-
 britate nobilium dominorum Andreañ Fuchsium, Canoni eum,
 honorifica de te mentio, ut saepe alias, facta esset, monuit
 Leouintius, ut quos peperissem foetus, ceu initiae benevol-
 entiae monumentum, tuae amplitudini dedicarem, vel certo
 sincero iudicio tuo subiicere in inspiciendos, ac si digni vide-
 rentur luce, tuis auspiciis prodirent; sic enim fore, ut docto-
 rum omnium calculos facile adipiscerentur. Ibi tum ego
 quod id ipsum iam dudum in animo agitarem, lubens mo-
 rem gessi. Has itaque orationes, quarum prior est de Cha-
 ritate Christiana, posterior de officio pastoris Euangelici, in
 quibus in commune consulere exulceratissimis istis tempori-
 bus pro virili studio, nuncupo tuae celsitudini, ac per Chri-
 stum, cuius negotium agitur, oro, ut pro tua sapientia, si
 quid vispam est hallucinatum, ut nihil est in hominum re-
 bus, quod sit omni ex parte perfectum, id omne mutes, de
 mas, addas, ac denique, si ita cism fuerit, omnia prenas;
 nolle enim hanc meam quallemcunque opellam ullius homi-
 nis offendiculo euulgari. Porro quicquid a te probatum fuerit,
 haudquaquam dubito, et sana doctrina praeditis viris pro-
 datum habet, tum studiosos caeteros maiore cum fructu lecturos.
 Habeo et alia in scritis, quae certis de causis, minime premo;
 quod si quallemcunque meam industrianu procepisti esse in-
 dicaris, ac certus tabellaris contigerit, neque coram videndi
 copiun tibi negabo. Omnia teletibet tua humanitas vel

tribus verbis, ut certus siem, te haec accepisse, ac nisi typis
excudenda censes, non grauaberis remittere. Vale in Chrlfo
atque has ineptias meas aequi bonique consulito. Bamber-
gae Idibus Iulii, Anno a virginis partu M.D.XLIII.

ANDREAS NEIDECKER,

ad D. Stephanum Canonicus.

Mentionem quidem Jac. Oethaei facit Joecher in Lex.
Erid. omisso autem anno, quo sit natus, atque loco, quo
vixerit. Ex hac quidem epistola eum Fuldae artem medicam
traetasse, et anno 1530 natum fuisse intelligimus. Etenim
quum in hac epistola anno 1560 scripta se annum aetatis tri-
cesimum attigisse tradat, eum 1530 lucem vitae vidisse cer-
tum est. Caeterum ytrum libellus, quem contra Petrum
Martyrem scripsérat, vñquam lucem viderit, nec ne, igno-
ramus.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI

AC DOMINO,

D N O I V L I O,

EPISCOPO CONFIRMATO NVMBVRGENSI,

PRINCIPI ET DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

Mirum fortasse tibi videtur, Reuerendissime Praeful, quod
ego homo paucatus, et nulla accurata doctrina aut eloquen-
ti facultate insigniori instructus, ad te virtutem in dignitatis
amplissimo gradu a Deo optime maximò collocatum, et toti
Ecclesiastico ordini veluti singulare atque suspiciendum quod-
dam pietatis atque eruditioinis lumen propositum, literas has
meas dare non dubitem. Ac mirandum sane hoc inume-

rito videretur, nisi ad dignitatis illius fastigium atque ad ornamenti illa reliqua pietatis et doctrinae tutae incredibilem quandam ingenii comitatem ac benignitatem adiunxisses. Quam ego cum diligentius contemplor, plane in eam spem adducor, fore, ut scriptio*nis* huius consilium a te praefule non solum sanctissimo atque eruditissimo, sed et benignissimo maxime approbetur, praelertim cum scriptio*nis* huius causas satiis idoneas et ad omnem temeritatis suspicionem remouendam in primis accommodatas habere mihi videar. Accedit eo etiam illud, quod profecto plurimum apud me valuit, quod cum superioribus diebus familiaris colloqui et constitutae amicitiae gratia, D. Bartholomaeum Kleindinst, theologum Dillingensem, virum cum pietate, tum eruditione praestantem, hoc iter facientem, accellissem ac ultro citroque cum eo sermonem habuisseni, is me, ut id consilium, de quo iam dixi, confessarer, sedulo adhortaretur. Quando itaque non temeritate quadam, sed iudicio potius prudentum ad hanc scriptio*nem* accedam, etiam atque etiam abs te, benignissime praeful, peto, ut et facti huius mei te eum censorem, quem animi tui benignitas et huius rei ratio requirat, praebeas, et insimuli huius causas aliquando prolixius expli- tantem audire non graueris: Quod te facturum esse, plane confido. Ego quidem, praeful Reuerendissime, ab eo tempore, quo iprimum mihi per aetatem licuit, de vitae feliciter beateque traducendae rationibus cogitare, semper ita animo affectus sum, ut non conquerendum mihi esse existimatrem, nisi earum rerum, quarum recta perceptio ad veram animi felicitatem necessaria existeret, cognitionem mihi compararem talem, qualis ad recte conformanda animorum iudicia, et ad praecauendas impostorum quorundam hominum insidias ac technas accommodata in primis esset. Cernebam enim iam tum, siue bono quodam genio meo, siue meorum instructione fideliori admonitus, ita comparata esse plurimo.

rum nostri temporis hominum studia, vt omnes ingenii vires
sibi intendendas esse existimarent, quo iudicij integritas solitatisque aut tolleretur, aut certe obscuraretur, ac imperita
adolescentum aetas omnis generis corruptelis imbuueretur.
Ac eos ob id pietatem et religionis puritatem simulantes, impias sententias, et sacris prophetarum et apostolorum doctrinis maxime aduerlantes incautioribus obtrudere, vafre ac malitiose conari solere. Quamquam autem in hoc conatu
fugae prauarum et impiarum opinionum plurimae difficultates ac quali remorae quaedam obiicerentur, factum tamen
est, domino utilitati meae prouidente, vt ii tandem praeciptores mihi obtingerent, qui ob solidiorem optimarum scientiarum tractationem conformando erectioni iudicio, et ad retegeendas improbas quorundam hominum fraudes, accommodatores existerent. Quorum cum ego opera studiosissimis usus
fuisset, non difficile mihi fuit, quorundam scelerata consilia in oppugnanda sinceriori pietate animaduertere, et in inquisitione veri aliquando commodius versari. Ac ne ego tamen
commodam tamque salutarem cognoscendi veri occasionem turpiter negligerem, quamquam in medicae artis studiis peculiарiter iam tum versarer, tamen ut in hac retia omnium confusione, et ecclesiae orthodoxae oppugnatione animae saluti consulerem, et meum iudicium de multis rebus magis confirmarem, faciendum esse arbitratus sum, vt omne tempus; quod a propriis medicae professionis studiis vacuum
mihi esset, totum in catholicae atque orthodoxae religionis inquisitionem conferrem. Quare ut id, quod pie instituisse, maiori fructu etiam conficerem, euoluendas mihi non solum veteres, sed et recentiores factorum dogmatum scriptores esse,
existimabam; ea adhibita voluntate, vt ecclesiae Dei tanquam magistrae absolutissimae discipulum, non vero obstinacem censorem, ut plurimi hodie faciunt, me exhiberem. Quod
consilium duci ego confector, plane experior verum esse;

quod in facie literis extet, resistere Deum superbis atque humilibus dare gratiam. Quum enim antea ecclesiae fententiam de multis dogmatibus non satis perspiciens non in leui mentis fluctuatione versarer, ob occurrentes passim *ἀποφίας*, et fucos sophismatum ab aduersariis simplicitatis doctrinae Christianae iactatos, ab ecclesia planius edoctus atque eruditus sedatis haesitationum fluctibus, ad meum tranquillitatis animi portuni veluti appuli: qua re animis veritatis cupidis stiauius ac iucundius accidere nihil potest. At vero ne effluerent forte ex animo ac minus firme retinerentur ea, quae ego ex optimorum et piissimorum ecclesiae orthodoxae scriptorum monumentis lectione hauseram, confirmandae memoriae gratia stylo tractanda praecipua, et in meum usum consignanda atque reseruanda esse arbitratus sum. Quin etiam cum superiore mense a quibusdam nobilitate generis insignibus quidem viris, sed catholicae ecclesiae iniquioribus censoribus, Petri Martyris, Theologi Caluiniani, scripta, quae is in primam ad Corinthios epistolam edidisset, tantopere iactata praedicataque essent, ut ea adamantina prorsus et nullis rationibus confutanda, praesertim cum de iustificatione christiana pertractant, censerent, ac ego neminem animaduertissem, qui publice Martyris scripta peculiariter confutasset, dignitati ecclesiae catholicae et veritati plane oppressae mendaciis et temeritate plurimorum deesse nolui. Sed priuatum eius de iustitia Christianorum fententiam oppugnans istis Martyris patronis clarissimis demonstrare conatus sum, Martyrem neque eruditum virum neque pium theologum his tractandis se ostendisse atque probasse, sed vafrum potius sophistam et corruptorem euidentissimae veritatis improbum. Quanquam autem non dubitarem, quin mihi priuatum in defendenda orthodoxy ecclesiae Dei liceret, quod in eadem oppugnanda alii publice sibi satis arroganter sumunt, ut videlicet non theologi theologicarum disceptationum tractationem sibi vin-

G a

dicent, tamen ut non solum culpa, sed et culpam omnini suspicione carere viderer, faciendum esse putau, ut quidquid ego in defensionem catholicae de iustitia Christianorun sententiae priuatum exarasset, tibi episcopo et doctissimo, et piissimo veluti ordinario iudici examinandum diiudicandumque offerrem, praesertim cum non ignorem, gratiora esse ista, quam ut in iis explanandis fidere sibi quis sine expertissimum et eruditissimorum virorum approbatione debeat. Accedit eo etiam, quod aetas mea, quae vix tricesimum annum iam attingit, in re difficultima et in qua tractanda error aliquis facile obrepatur, persuasionem perfectioris cognitionis et confidentiam contumacem minime patiatur. Accipies itaque, Reuerendissime Praeful, opusculum hoc, rudius illud quidem, et non satis exacte ob occupationes functionis meae medicae assiduas elaboratum, non obscurum tamen, ut arbitrator, meae erga ecclesiam catholicam voluntatis argumentum. Quanquam autem tibi principi viro maximorum negotiorum nolle prae grauato non libenter plus molestiae adiungo, atque addo, importuni enim hominis illud est, tamen, quia tu eum locum tenes in republica Christiana, ut sanctissimorum religionis dogmatum diiudicatio et assertio ad te tuique loci et ordinis homines optimo iure pertinent, non grauatum, ut confido, hoc, quicquid est, cognosces ac lectio ne evolues, et si quidem tu grauissimis reipublicae curis distringeris, saltem per Magistrum Ludouicum Landaw, ministrum tuum, censuram exactissimi grauissimique iudicij tui significari mihi haud grauatum curabis. Cuius beneficii tui memoria a me perpetua conseruabitur. Quod si intellexero, indistriam hanc meani non omnino contennendam abste censi, operam fortasse daturus sum, ut domino vitae usum diuturniorem mihi praebente, et oblata maiori eiusmodi tractandi occasione, quae sane nulla, aut exigua saltem iam mihi conceditur, reipublicae Christianae qualemcumque meani

operam consecrem, ac sedulo praestem in iis rebus, quae ad consensum catholicae veritatis retinendum et opprimenda improbissimarum haeresium studia pertinere videantur. Verum de his iudicium tuum grauissimum atque accuratissimum expecto. Venio ad alia. Quanta et quam praeclara extent studia tua in promovendo religionis verae negotio et deformitate praesenti ecclesiae tollenda, testis est tota Germania, quam iam pridem virtutum et doctrinae tuae splendore admirationem tui adduxisti. Perge itaque, vigilantissime praeful, de ecclesia Dei quam optime intereri, neque finas te sceleratissimorum hominum iniuriis grauissimis a praeclarissimis absterreri institutis. Sic futurum est, ut tua celeberrima fama apud optimos quosque perpetuo vigeat, et a Deo Opt. Max. aeterna praemia pietati ac virtuti tuae debita in beato illo sancto-runt omnium concilio proposita certo habeas. Vale, praeful Reuerendissime, felicissime, et Deus te ecclesiae in columem quam diutissime conseruet. Datae Fuldae 16 Aprilis anno 1560.

T. R. C.

obsequiosiss.

JACOBVS OETHAEVS, iunior,
Medicinae doctor, Physicus Fuldanus.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO DOMINO
DOMINO IVLIO,
EPISCOPO NAVMBVRGENSI,
DOMINO ET PATRONO SVO.

Quoniam Reuerendissime Amplissimeque praeful, non profana aliqua amicitia, sed, quae arctius multo obligat, Christiana, charitate inductus sum, ut literis te molestarem meis; futurum confido, ut tanto T. Reuerendiss. D. minus molesta

magisque grata sit, causa praesertim non priuata sed publica, non profana sed sacra, non corporis sed animae, immo plurimarum animarum aeternam salutem concernens; paucis tamen, quod volo, expediam.

Cum superiori anno ¹⁾ Romam vocatus, et summo Pontifici (tunc recens electo) Paulo quarto praesentatus Germaniae extremas miseras coram sua S, deplorans petiisse auxilium, tale accepi responsum, quod confido auxilium fore non minimum. Sed quia de scholis catholicis recte etiam in patria nostra instituendis agitur, Te. in primis consulendum duximus, tum quod talis sis, qui possis et debeas, cum etiam quod zelus animarum te ut vrgeat, nobis non sit omnino in cognitione. Audi igitur, Amplissime praeful, quod et quale sit nostrum consilium. Cum iam ante octauo anno Reuerendiss. et Illustriſſ. Dominus D. Otto Cardinalis et Episcopus Augustanus, noster singularissimus amicus, (vsque adeo humanus est) atque patronus, serio de salute sibi creditarum ouium cogitaret, me et sociis, praesertim optimo quodam D. M. Chiliano ex Louanio vocatis, scholam instituit theologicam, sed in qua etiam philosophia et omnia futurø theologo necessaria miro ordine et incredibili diligentia docentur, cuius zelus sanctissimus D. Julius tertius multis priuilegiis pro Academiae feliciori successu iuuit. Quod quidem institutum S. R. D. cum tale sit, vt inde breui sperari possint viri docti, pii, et qui non diuitias, delicias aut honorem, sed pure gloriam Dei et animarum salutem quaerant, per totos hos annos ego et socii, praesertim Chilianus, cupimus simile, immo similia multa in patria nostra fieri. At T. Reuerendiss. D. consilium de loco et modo recte et prudenter omnia perficiendi expectantes omnem pollicemur diligentiam, ne fauore Sunni

1) Superiori anno, h. e. 1555, quo Paulus IV. Pontifex Roman. creatus est: vnde quoque hanç epistolam anno 1556 scriptam esse appetit.

Pontificis et amicorum, quos apud Caesarem habemus, abutamur. Interim nobis quam consulūssimum videretur, si T. Reuerend. D. suos alumnos ²⁾ vel eorum aliquos ad scholam Reuerendissimi D. Cardinalis et Episcopi nostri mitteret, qui possea in similibus constituendis et gubernandis nobis esse auxilio possint. His paucis T. R. D. optime valeat et negotii huius dñi prorsus et suminopere necessarii esto in bono memor,

T. REVERENDISS. D.

humillimus

F. BARTHOLOMEVS KLEINDINST,
ord. Praedicatorum, Sacrae theologiae
Professor et Praedicator Dilingensis.

Ludouicus Grempius, cuius epistola ad Iul. Pflugium missa sequitur, Aduocatus, vel, vt nostra aetate dicere solent, Syndicus ciuitatis Argentoratensis erat. Qui cum doctrinam, prudenteriam ac fidem suam reipublicae Argentoratensi eximie probasset, an. 1548, cum Carolus V. Imperator Rom. nouani istam religionis formulam, quae Interim nominatur, Argentoratensibus quoque obtrudere vellet, Augustam legatus

2) *suos alumnos*: h. e. non modo studiosos litterarum Episcopatus Numburg-Cirensis, quorum non paucos Iulius Pflug in Academiis Coloniensi, Friburgensi, Louaniensi, Bononiensi, Argentoratensi et Lipsiensi consilio et beneficis iuuabat; verum, vt mihi videtur, iuuenes quoque, qui in Collegio vel Seminario a Iulio Pflug, tunc Cizae constituto (cf. eius epistola ad Papam Iulium III. 1550 et ep. Gropperi ad Pflug. 1551 missa) litteris theologicis operam dabant, et inde parochiis Episcopatus praeponerentur. Quorum aliqui igitur, vt Dillingam innotescunt, sibi que in similibus (*institutis, scolis*) constituendis et gubernandis auxilio sunt, Barth. Kleindinst cogitare videtur. Cf. Testamentum Iulii Pflugii fini harum opp., adiunctum.

missus est, atque cum Imperatore nomine reipublicae Argent. de hac re egit; cf. Sleidan. Comment. de statu relig. et reipublicae p. 646. ed. mea, et Adami Vit. Germanorum Iureconsultorum p. 261 sqq.

**AMPLISSIMO ET REVERENDISSIMO VIRO
AC DOMINO,
D. IVLIO PFLVGIO,
PRAESVLI NEVNVRGENSI,
DOMINO SVO CLEMENTI.**

Et si nihil digni habebam, quod ad tuam amplitudinem scribere, tanten cum Sturmius noster isthuc proficisceretur¹⁾, duxi officii et gratitudinis nostrae esse, perbreues ad te dare literas. Quantum enim ponderis tua commendatio apud Be. reverendiss. Dominum, Dominum Antonium Perenotum²⁾, episcopum Atrebatensem, habuerit, ex litteris suis et Sturmio ipso cognosces. Omnino tibi acceptum referimus et merito referre debemus, quod ille molestissima cura et sollicitudine,

1) *Sturmius — proficiseretur.* Ioach. Camerarius in Epp. Familiar. p. 240. Hieron. Baumgartner, Norbergensi, narrat, Io. Sturmium apud ſe fuiffe in schola provinciali Portensi, ubi tunc, ut in ep. superiori tradiderat, verlabatur, ut vulnera quedam huic ludo inficta sanaret. Quae vero epiftola cum anno 1548 XI Käl. Nouembris fit scripta, Sturmium eo ipso anno per Saxoniam iter fecisse, et epiftolam Grempii ad Pfugium missum fuiffe appetat.

2) *Auf. Perenotum.* Erat tunc vir eximiae eruditio[n]is et post mortem patris Granuellani a consiliis Caroli V. Imper. cf. Sleidan. l. l. p. 568 et 683. Vitus Amerpachus dedicauit ei: *Libri sex de philosophia naturali*, Basil. 1549. 8. eiusque insignem doctrinam et integritatem in epiftola praeposita laudauit. Interim si verum est, quod Glassen in *Kern der Geschichte des Thür. und Härflischen Hauses zu Sachsen* p. 184 tradit, acerrimus videtur fuiffe aduersarius religionis Lutheranorum, et hinc quoque forsitan Sturmii, quem Julius Pfug autoritate precum suarum curis et periculis liberasse et Scholas Argentinas seruasse h. l. dicitur.

atque etiam non obscuris periculis liberatus est. Itaque et scholam nostram, nostram autem? immo uniuersam rem litterariam maximo beneficio affectissi, nosque omnes, qui Sturmio amici sumus, inprimisque me; qui illum in oculis, ita valeam, fero, tuae amplitudini arctissime deuinxisti, ipsum vero met ita tibi obstrinxisti, ut prorsus in aere tuo sit. Quid multis? dignum tanto praesule officium praefisiisti. Tuq; namque beneficio ille cum veteribus amicis, hoc est, cum libris, ut ille ait, in gratiam rediit, et literae, quae iam aliquantidit. coticuerant, rursus caput extulerunt. Quapropter agit tuae amplitudini reuerenter gratias, relaturus etiam, si nobis aliqua dabitur occasio. Nunc autem pro nostra tenuitate nihil aliud recipere queo, quam me, quacunque in re potero, tuae Amplitudini summa voluntate inferuiturum esse. Non queo plura scribere: excludor enim angustia temporis et auctor publicis negotiis. Itaque epistolae festinationis plena cognoscas oro. Commendo me tuae Amplitudini, quam Deus Opt. Max. diu ad suam gloriam et ecclesiae salutem nobis in columem conferuare velit. Datae Argentinae VIII Kal. Octobr.

T. AMPLIT.

deditiss. et obseruantissimus

LUDOVICVS GREMPIOVS.

Aduocatus reipublicae Argentoratensis.

Non est, ut multa de Io. Groppero, theologo Coloniensi, auctore harum epp. dicam, quium ex historia rerum Christianarum a Luthero eiusque aſſeclis emendatarum satis constet, eum fuisse ex iis, qui Lutherò eiusque familiae et re et scriptis vehementer repugnarent: id quod etiam ex his epp.

perspicere potest. Cf. Blechs dreyfaches Interim p. 5. et Planck's Geschichte des protestantischen Lehrbegriffs Tom. III. p. 83-85. Ex Actis Ratisponensibus, quae ab ipso Julio Pflugio Ratisbonae 1541 in Comitiis ibi habitis congregata in bibliotheca Citzensis seruantur, Gropperum in coquendis formula religiosis, quae dicuntur Interim Ratisbonensis, in primis hoc egisse appareat, ut articulum de Iustificatione, de quo prae caeteris in hoc conuentu disceptabatur, illustraret. Vnde haud dubie accedit, ut multi eum auctorem huic formulae solum esse opinarentur. cf. Planck l.l. Caeterum libellus a Gropperio in istis Comitiis Imperatori Carolo V. exhibitus sex plagulas continet manu scriptas.

I.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI
ET AMPLISSIMO PRINCIPI ET DOMINO,
D N O I V L I, O,
ELECTO ET CONFIRMATO EPISCOPO N V M B V R G E N S I,
DOMINO SVO INPRIMIS OBSERVANDO.

Ad manus proprias.

Reuerende in Christo pater, et amplissime princeps, domine
coledidissime. Habere sane multa, quae scriberem, sed mul-
tae verissimae cause sunt, quae dissuadent, ut ea chartae
committam: forsan dabitis quandoque Deus, ut de omnibus
mutuo colloquamur, et communicemus. Laborat in hac di-
oeesi prenunturque religio¹⁾, sed tamen adhuc multorum clau-
torum in hac ciuitate virorum animi sunt erecti, optime speran-
tes de affulsiro alicunde opportuno remedio. Deus bonum

1) promittit, ab Hermanno, Archiepiscopo Coloniensi, a religione Pon-
tificiorum multis partibus alieno.

illum principem²⁾ muper seductum in viam reducat, quod
ego sedulo illi orare non desino! Etsi interea non ignorem,
mihi a suis insidias non indiligerent strui; sed si dominus
protector v̄iae meae, a quo trepidabo? Qui etiam si me ob
suæ ecclesiae defensionem vel mori velit, non reperiet valde
repugnantem, quam mentem vt in me confirmet, valde opto:
Eucerus ille nebulo in vno suorum libellorum recens euul-
gato mei meminit non sine inuidia, et tantum maiori ex parte
falsa expostulatione. Si Deus mihi tantum otii dederit, dabo
breui purgationem meam Germaniae ad Caesarem et omnes
Imperiū ordines, ex quo, vt spero, intelligent omnes, vel
coiuinci sensu praediti, quam versipellis Proteus et perfidus
nebulo sit Bucerus³⁾). Quem tamen laborem mihi sumere
non esset opus, si in vniuersum ita notus esset Bucerus, vt est
utriusque nostrum. Quod R. D. V. me tani amice monuit, vt
mihi ab infenso principe cāuerem, ago ipsi summas gratias,
cui quoque felicem exitum suae causæ et omnia bona pre-
cor, vt his a Deo optimo maximo cumulari longe dignissima
est, qui illam rebus publicis diu seruet incolumem. Dat.
Coloniae: raptim XIII April. anno 1545.

R. D. V.

deditissimus
JOANNES GROPPER, D.

2) bonum illum principem, Hermannum, qui vt sacra Ecclesiae suae emen-
daret, Melanchthonem et Bucerum ad se Bonani euocauerat. cf. Sled-
dan. ad an. 1544. p. 455. et Plant l. l. T̄om. III. P. II. p. 232 sqq.

3) Bucerus. cf. Adami Vit. Theologorum Germ. p. 214. et Plant loco
modo laudato.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI
ET AMPLISSIMO PRINCIPI,
D. IVLIO,
ELECTO ET CONFIRMATO NVMBVRGENSIS,
DOMINO COLENDISSIONIS.

Reuerendissime pater et amplissime princeps, domine colendissime. Binas abs R. D. T. literas accepi, ex quarum prioribus, qualiter interruptum⁴⁾ sit colloquium, ex alteris vero, quid a me requirat Caesar, intellexi, in quo ut et morem geram eius Maiestati, R. D. T. me nionendum duxit.

Ac initio, quod interruptioni colloquii delecti ex Caesaris et Catholicorum parte nullam causam dederint, sed ipsi adulterarii, et quod Caesar insolentia istorum tam foede et turpiter deferentium et dissipantium, quod ipsis potissimum ad eorum importunas et supplices preces erat concessum, offensus sit, id mihi cum bonis omnibus non potuit non esse iucundum et gratum intelligere. Caeterum illud, quod a me nunc postulat Caesar, ut est pium et sanctum, ita sane difficultatum et maximum et longe supra meas vires, quod utinam sic praefiarc possem, ut velle! Neque enim ignoro, me, dum viuam, nullam operam collocaturum melius et utilius, quam si tam necessaria consilia de religione, quae nunc ille salutariter et religiosissime suscipit, agitat et versat, vlla ex parte iuuare potuero. Sed quando me ipsum inspicio mecumque reproto, quam sit mihi domi curta suppellex, et quam sim consultor ineptus, immo consilii paene inops in rebus tantis, a quibus Christiani orbis in hac rerum omnium perturbatione et confusione constituti sustentatio et salus pendet,

4) *interruptum colloquium*, Ratisbonense 1546. cf. Sleid. L. XVI. p. 481 sqq. et Plant Tom. III. P. II. p. 295. sqq.

valde doleo, me tam piis sacratissimi principis iussis et postulatis satisfacere ita ut cuperem non posse. Verum ne nihil tamen ad causam tam grauem et omnibus communem (in qua quisque pro virili omnem operam libenter suare et praestare potest) conferre velle videar, vel inobedientiae vel fœcordiae insimuler, censui potius, quam ut omnino si leamus capita quaedam rerum ad solidam et stabilem reformationem spectantium ex variarum annotationum mearum sylluis subito excerpere, conscribere et ad Caesarem ipsum, quod per hunc facio, ne iussis eius in totum non obtemperem, transmittere, (venire enim me Ratisbonam⁵⁾ in praesentia vel Clero Coloniensi vel mihi omnino integrum non est) bona spe fretus, non prorsus displicituram suae Maiestati bonam saltem et obsequientem meam voluntatem, et si desit praestandi, quod ille petit, facultas, tamen quod poeta dicit: in magnis et voluisse sat est. Porro cum hac tempestate hominum ingenia et iudicia tam varia sint, ut nemo quilibet virtutis studiosus, quamquam ad reformationem spectans, tuto in medium facile proferat, praesertim scripto ad absentes, cui, si in dubium vel suspiculum aliquam reuocetur, is qui scripsit, explorator et defensor per absentiam adesse non possit, idcirco visum est mihi, huius consultatiunculae meae exemplar ad R. D. V. mittere, sed ea lege, ut nulli hominum, excepto forsan solo domino P. si ita videbitur, et huic quoque non aliter quam data et accepta secreti fide communiceatur. Vetuit enim clarissimus dominus Viccancellarius, ne quisquam, quod a me postulassem Caesar, resciscat. Orovvero R. D. V. vnice, ut simul cum ipso domino Prom. meditationiunculam istam meam perlegere et diligenter expendere

5) *venire -- Ratisbonam*, eodem ipso anno 1546. Nam ubi Imp. Carolus V. ipse Ratisbonam venerat, et theologos discessisse inde cognouerat, admodum de ea re est quesitus, et principes, ut ipsi venirent, grauissimishortatus est verbis. cf. Steidan, L. XVII. p. 50.

et si quid inibi reperiant, quod mihi fraudi esse queat,
 eius me libere admonere dignentur, et sicubi quid ali-
 ter a quoquam accipi forsan subodorentur, quam ipse
 intellectum velim, interpretari id in eam sententiam, cu-
 ius esse me non ignorant. Mitto quoque unum aut alterum
 exemplar Capitum Institutionis ⁶⁾ puerilis ad pietatem,
 quae nuper, cum non sine dolore viderem pueritiam
 per varios Catechismos non ita pueros misere corrumphi, in
 gratiam scholae meae apud dominum Geronem edidi. Al-
 ter libellus primus, qui adhuc sub prelo est, cum excusus
 fuerit, itidem inmittetur. Quod supereft, precor dominum
 Iesum, sponsum illumi et zelotem et seruatorem ecclesiae suae,
 ut religiosissimi Caesaris, quam de religione curam suscepit,
 spiritu suo sancto confirmet et prouehat, illique de coelo
 eam sapientiam impertiat, qua pari pietate et prudentia, ad-
 intus praefentis concilii autoritate, quod pro officio bené ce-
 pit, feliciter etiam perficiat et exequatur in Dei gloriam et
 oppressae ecclesiae releuationem: qui et R. D. T. eiusque
 similes Episcopos veluti rara suae desolatae Ecclesiae lumina-
 ria ad instaurationem et sustentationem eius incolumis diu-
 feruet et in sanctis actionibus, quibus toti incunibunt, adiu-
 vet. Datum raptim Coloniae 15 Maii anno salutis 1546.

R. D. V.

addictissimus

Io. GROPPER, D.
 Scholasticus.

6) *Capitum Institutionis.* Exstat in bibliotheca Cixensi exemplum huius
 libelli hac inscriptio: *Capita institutionis ad pietatem in usum pueri-
 tias. Col. Agripp. 1546. 8.*

REVERENDISSIMO ET AMPLISSIMO PRINCIPI
 AC DOMINO
 D. I V L I O,
 ELECTO ET CONFIRMATO NVMBVRCENSI,
 DOMINO COLENDISSIMO.

Reuerendissime et Amplissime Praesul ac Princeps.

Longe verissimum et piis omnibus compertissimum est, quod R. C. T. scribit: Principes nostros cum ad depellendam externalim vim, tum comprimentdos intestinos motus ad humana praesidia, et noua foedera et coniurationes frustra defugituros; si non antea diuinum auxilium impetrauerint. Certe prophetae, quos Deus olim populo suo speculatores dedit, ut videntes venientem gladium super terram canerent buccina et futuram annunciassem calamitatem, nullam aliam ob causam populum ipsum durius arguunt atque increpant, quam quod ordine praepostero neglecta Dei gloria salutem suam in humana prudentia, sociorum multitudine et exercituum robore constituerent. An non talibus, quorum vide-licet non fuit prima cura Domintum exercituum sanctificare, qui noster paucor, noster terror esse debet, Isaias propheta his verbis insultat: congregamini populi et vincemini, accingite vos et vincemini, inite consilium et dissipabitur, loquimini verbum et non fiet? Et rursus: Si reuertamini et quiescatis, salui eritis. In silentio et spe erit fortitudo vestra, et voluistis et dixistis. Nequaquam, sed ad equos fugiemus, ideo fugietis, et super veloces ascendemus, ideo velociores erunt, qui persequentur vos. An non omnis humana potentia, quam non regit Deus, baculus arundineus est, cui si innisus fuerit homo, intrabit manum eius et perforabit eam? An non hoc olim innumeri comprobarunt euentus atque adeo tot prae-

sentia in nostros etiam nunc oculos incurrentia exempla? Itaque in sententiam R. Celsit. Tuae, vt debeo, totus discedo, nempe nunquam bene consultum fore rebus nostris, nisi ecclesiarum praesules ea consilia primò omnium ineant, quae ad gloriam Christi et ad tollendum ex ecclesia exitiale istud schisma pertinent. Verum an nostri Metropolitanus huic rei ordiendae et tractandas, etiam si optime ad eam, quod optandum foret, animati essent, sufficient, et num eorum conatus et studiis quamvis piis propositus exitus responsurus fuerit, id nondum constituere mecum potui. Haud ignorantum quidem mihi est caput illud Transactionis Patauiensis de religione, sed ut ingenue, quod sentio, scribam, metus me et forsan haud opinino vanus tenet, hoc decretum quandoque rebus religionis maiorem, quain qua hactenus laborarunt, perturbationem allaturum. Ut alia permulta, ob quae hoc decretum parum fructus facturum mihi videtur, omittam, versatur mihi profecto ob oculos acris illa et vehemens expostulatio Pauli III. Pontificis quandam maximi cum Carolo V. Imperatore ob decreta in conuentu Spirensi anno quadragésimo quarto, quorum conuenta ista Patauensia, valide similia sunt. Questus tum est Pontifex ille, Caesarem in eo conuentu se indigne gessisse, a more maiorum suorum religiosissimorum principum recessisse, ordinem et instituta veteris ecclesiae pervertisse, haec eiusmodi fuisse, ut, quoties de his, quae ad religionem pertinent, disceptetur, ad sedem Apostolicam omne consilium semper referatur, nihil illa in consultum statuatur: Caesarem vero cum ut de concilio generali, tanquam de remedio omnium opportunissimo, ut nationali, ut de futuro imperiali conuentu meminit, in quo de religione tractanduni et agendum sit, nomen eius ubique superfluisse, cui diuina et humana iura, approbante tot seculo rum consensu, supremam cum cogendi concilia, tum statuendi de his et ordinandi, quae ad ecclesiae unitatem utilitatem-

que spectant, autoritatem dederunt: Et quod grauius est, Caesarei in eo maxime et pietatem laesisse et omnem legum ordinem confusisse, quod laicis de rebus spiritualibus iudicium cum ecclesiasticis permiserit, neque laicis modo. sed nullo discrimine laicis atque adeo damnatarum haeresium assertoribus. Haec multis in ea epistola Pontifex exaggerat, atque eo tandem vehementiae venit, ut exemplo Heli ⁷⁾, ad liberorum suorum errorem connuentis, et eam ob culpam grauissime a Deo puniti, proposito, Caesarei cogitare iubeat, in quam necessitatem, nisi consilium hac in re mutet, sit illum adducturus, quae epistola prolixa satis edita anno XLV. cum Lutheranorum scholiis R. C. T. haud dubie lecta est. Quando igitur, quas in ea Pontifex rationes non minori verborum elegantia quam pondere, magna cum acrimonia et peracerbe commeniorat, mecum ahimio reputo, facile perspicere possum, quid per paucis Episcopis, iisque rei theologicae parum peritis, et forte magis ad suarum ditionum pomoeria tutanda, quam ad repurgandam a zizaniis dominicam aream attentis, ut iis etiam, quos ipsi forsitan ad hanc rem suo nomine, ut solent, cum Lutheranis pertractandam delegerint, (praesertim in hac rerum grauissima perturbatione et tumultu, nimis armis adhuc vndeque strepientibus, et fere multis regibus Caesaris autoritatem agnoscendibus, et concilio aut communi alicui in religione condendo decreto locum dampibus) gratiae et fauoris sit expectandum. Ut interim fleam, quinam sint ex nostra parte theologi, qui non ad eiusmodi res agendas simul admouentur, aduersus eos, qui in arenam protruduntur, suspiciosi. Meminit R. Cels. V. quantae fraudi colloquium illud Ratispon. infastum ⁸⁾ prorsus et infelix nobis ambo bus extiterit, ut eiusdem cogar subinde illius adagii meminisse: Pisoator ictus sapit. Quanquam si quid in rem

7) exemplo Heli. cf. Sleidan. L. XVI. initium.

8) Ratispon. infastum, anno 1541 habitum.

ecclæsiæ me cum fructu aliquo praestare posse videam, nullum sim detrectaturus officium etiam cum vitae discrimine, nedum cum maleuolorum inuidia etiam quantacunque. Certe nuper non procul aberam a discriminis non vulgari, cum Agrippina Colonia Moguntiae et Treveris instar inuadi, vastari ac diripi timeret, vt mihi tum fugiendum alio fuerit, dum furor iste paululum subsedisset. Multa ex paucis R. C. V. coniiciat, nam omnia, quae corde premo, nec scribere expedit, nec tutum est. De controuersia inter theologos Borussiæ, hoc est, inter Olaiandrum et suos Antagonistas super quaestionem: an Christus, etiamsi non cecidisset Adam, incarnandus fuerit, non nihil intellexi, si quid aliud inter eos enatum est controuersiae, nondum accepi. Porro quando R. C. T. me rogit, vt in quaestione illa, quæ inter nos et Lutheranorum theologos, velut omnium controuersiarum maxima, ab exortu schismatis exagitata est, quid de iustitia illa Christi imputativa, quam solam urgent Luthe-rani, et cuius nosiri vix mentionem fieri permittunt, sentiam, cum R. C. T. communiquerem, et si in re tanta, quæ utrinque tam obstinate urgetur, non modo difficile, sed et periculosa sit, mihi praesertim hominioni, nihil minus quam theologo, meam aperire sententiam, idque non multo prius tempore diligent meditatione excussum, tamen, ne videar R. C. Tuae (cuius plane totus sum) non in omnibus morem gerere libenter velle, ea de re, quod nunc in hac tabellarii sententia abitione anno siccurrit, significandum putau. Quid olim senserim, ostendit in primis Enchiridion christianaæ institutionis in concilio prouinciali Colonensi anno 1536 sub Hermanno tum Archiepiscopo euulgatum, titulo de Iustificatione hominis, qui tractat de sacramento poenitentiac insertus est §. sed dicit nobis. Deinde clariss ac disertius idem indicat Antididagma, quod scripsi anno 43. aduersus reformationem, dicerem deformationem memorati quon-

dam Hermanni, eodem tit. de iustificatione, vbi facio duplē causam iustificationis formalem, priorem et praecepit, consummatam Christi iustitiam, quatenus fide apprehensa nobis applicatur; alteram iustitiam inhaerentem. Denique idem satis significat Isagoge mea ad pleniorē cognitionē doctrinæ catholicae ecclesiae, quam institutioni puerili editae anno 1550 subiunxi. Verum Antididagma cum statim, vbi Coloniae excusum fuisset, raperetur a typographis Louaniens. rursus excudendum, raptum ibidem est continuo a theologis Louaniens. in columnianis, adeo ut non modo eum locum, vbi duplē illam constitutam iustitiam, lectori sua annotatione suspectum reddere voluerint, (in margine enim addendum curarunt: *cum iudicio legenda sunt haec*) sed etiam eius nomine cum theologis Colon. per epistolam acriter satis expostulauerint, quam et illi, ut rationem scriptū meū redderem, nihil tunc exhibuerunt, quorum petitioni, ut par erat, satisfacere volens, in quaestiones, quas mihi proposuerunt, responsionem scripsi satis longām, licet magis subito animi indignantis calore (nihil enim dissimulo) quam exacto iudicio, quam vbi illi a me acceperissent, mitigati rescripserunt Louanienses librum illum in suspicionem raptum cum autore excusantes: quod meum scriptum inter chartas meas reiectitas delitescens perquisitum et inuentum describi feci⁹⁾; idemque descriptum ad R. C. T. sed bona fide sibi non aliis (quod mihi fraudi esse facile possit) legendum. Itaque ita tum sentiebam. Nunc nihil aliter de hac re sentire non licet, quam nuper determinatum est in sacro Concilio Tridentino, in decreto quinta sessionis, vbi §. *quid sit iustificatio impii, et quae eius causae* etc. licet unicam Patres faciant causam iustificationis

H 2

9) *describi feci* — Exstat inter Mscr. a Julio Phugio bibliotheca Cizenii per testamentum legata.

formalem, nempe iustitiani Dei, non qua ipse iustus, sed
qua nos iustos facit, tamen si non tantum verborum cōti-
cem, sed mentem eorum exactius rimemur, non multum
a sententia Antididagmatis dissentiant, quando inquiunt:
iustificatos non modo reputari, sed et vere iustos nominari,
hoc ipso satis aperte cōfidentes, in iūstificatione imputatio-
nem iustitiae Christi cum inhaerente iustitia concurrere,
quod et sequentibus verbis faciunt manifestius, quando san-
ctissimae Christi passionis merito et eius applicationi (quae
nihil aliud est, quam imputatio illa iustitiae Christi per fi-
dem) remissionem tribuunt peccatorum, et si hanc remissio-
nem solam non recipere nos sine iustitia inhaerente, diffusa
in cordibus nostris per charitatem definiant. Res magna,
Reu. Praesul, grauissima et perdifficilis, a qua propemo-
dum tota pendet controversia, et proinde mei ingenioli
(quod semper in obsequium fidei quā am sacra Synodus pro-
ponit, libenter redigo) vires longe transcendens, ea de re
finem facio, relinquens meani infantiam excellenti sapien-
tiae, doctrinae et pietati Reu. Celsitud. vestrae (cuius iudicio
libenter sio) exactius expendendam et iudicandam, quam
Deus Opt. Max. ecclesiae suae diu seruet in colum, eius-
que similes Praesules nobis multos concedat. Dat. Coloniae
XI Decembris Anno M.D.LII.

REVER. ET AMPLISS. CELSITVDINI

addictissimus Seruitor

Io. GROPPERVS, D.

Pars prior eaque iusto longior epistolae quartae, in
qua auctor multa contra Lütheranorum Superintendentes
de ordinatione Clericorum disputat, eum nihil habeat, quod

Lectores aetatis nostrae tenet, omissa est. Alteram vero, cum res historiam istius aetatis illustrantes contineat, typis excudendam curauimus.

4.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI
ET AMPLISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,
D. IVLIO,
ELECTO ET CONFIRMATO NVMBVRGENS. ETC.
DOMINO COLENDISSIONO.

Reuerendissime pater et princeps, domine colendissime. Abs me petiit R. D. T. vt doctum aliquem et piūm theologum aptum ad docendam ecclesiasticam iuuentutem ¹⁰⁾, quo genere hominum nos hic abundare putat, ad eam istuc mittem. Sciat horum hominum apud nos adeo nullam esse copiam, vt mira sit raritas, multosque iamdudum principes Germaniae superioris suos ministros huc propterea desinasse, vt tales magnis etiam stipendiis conductos ad se adducerent, sed nullus intentus est spectatae eruditionis et pietatis, praesertim qui velit Colonia discedere. Si posihac vllus occurrat, quem possim permouere, vt R. D. T. operam suam locet, satisfiet eius votis, quibus pro mea erga eam obseruantia pro virili satisfacere semper studebo. De oecumenici concilii progressu nihil addubitatur: Reuerendiss. Moguntinus dicitur personaliter Tridentum profecturus. Idem asserunt quidani de Treuirensi. Reuerendiss. quoque meus Coloniens. (scio) cupit personaliter illi interesse, sed an per alia suae dioceses negotia possit, adhuc incertum. Iam est in con-

10) *ad docendam — iuuentutem*, nempe in Seminario theologorum a Pfugio Cizae condito, vel max condendo. Cf. Testamentum Pfugii in fine harum epp.

ventu suorum coelectorum ad Rhenum Wefaliae. Quid illic fiatuent de inuisendo Tridento, cum redierit, intelligam. Regem Galliae a concilio abhorrere, Lutheranorum commentum est. In hac dioecesi nunc celebrantur solennes Missae, quibus imploratur Deus, ut prosperum tribuat concilio successum, quem certe omnes ex animo optare debemus; et in primis pie constituendorum executionem, sine qua quid prodest tam multa pie et sancte in tot retroactis Synodis esse constituta? Det Deus meliorem mentem his, qui bella volunt et ecclesiam impie et scelerate perturbant, quos ille quandoque iudicabit, qui promisit non praeualituras aduersus eam inferni portas.

Post longam inquisitionem, quam amanuensis meus per hanc urbem meo iussu fecit, repertus tandem est unus fratrum Doctoris Theodorici Artopaei, alter enim in praesentia abest, praefenti tabellarius Reuer. D. Tuae literas exhibuit, qui haud dubie ipse ad eius scripta veniet aut rescribet. Tamen, quantum intelligo, magis expedierit, ut iste Doctor Theodoricus, si catholicus est, isthic apud R. D. T. permaneat, quam huc redeat. Reu. D. T. me vnicce commendo, quam Deus Opt. Max. inter tot aduersa ad Ecclesiam suani malis hominibus repurgandam et sanctissime in pace catholica regendant conseruet. Dat. Coloniae XV Aprilis Anno 1551.

REVEREND. CELSITVDINI T.

addictissimus Seruitor
IO. GAOFFREVS; D.

Vitus Amerpach (non Amerbach) Iurisconsultus et Philologus primum Lutheri, cui Vitebergae operam dederat,

deinde Pontificiorum partes secutus et Ingoliadii philosophiam est professus. cf. Saxe Onomast. Litter. Tom. III. p. 179. et Freytagii Apparat. Litt. Tom. III. p. 366.

x.

REVERENTIA DIGNISSIMO IN CHRISTO PATRI,
ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI,
D N O I V L I O,
EPISCOPO NVMPURGENSI,
PATRONO SVO SVMME OBSERVANDO.

Reuerentia dignissimo in Christo patri, D. Iulio, Episcopo
Numpurgensi, patrono suo plurimum obseruando
Vitus Amerpachius

S. D. P.

Duo praeterierunt menses, R. P. cum a te per literas enixe ac obseruanter petui, vt si meam pecuriam vel totam, vel aliqua ex parte a meis debitoribus accepisses, eam retineres in tua fide, nec ad me quicquam de illa cuiquam datus, donec a me de mea voluntate, quid agendum esset, accepisses mandatum. Sic enim cogor loqui, tametsi fortasse durius in tua tam illustri persona, hoc tam superbo tempore. Significauit de causa nonnihil etiam huius mei propositi, et insuper te rogauit, scriberes mihi tum de toto negotio, quam primi posses, ut scirem, quid esset posthac sperandum aut faciendum, ideoque non parum dolui, cum nullas a te post mundinas auctiunnales Lipsicas praeter expectationem tam auxilium et proponendum necessariam accepi. Quare T. C. velenienter etiam atque etiam quaelo et obiecto, vt in hac re velit milii morem gerere, meaeque follicitudini afferre aliquantulum remedii, nec tam cogitare, quam ego sum tenuis et humiliis, quam vi par es, pauperes et abiectos suuari nullo

modo ab Episcoporum dignitate ac munere alienum esse, quod etiam te facere nihil dubito, licet occupationes et iam variae curae, quas requirunt haec tempora fortasse, ut sit, nonnunquam te impediunt. Hinc etiam est, quod in animum tibi reuacem meam causant, ac subinde renouem petitiones, adeoque ab exhortando non desistam. Et hoc tam non molestum fore tibi spero, vt sis meam diligentiam probaturus, quoque non desideratus aut modestiam aut fiduciam. Res nostrae in eodem sunt, quo semper fuerunt statu, nec est quam ex decreto proximo vestro mutatum. Noster Episcopus habuit Synodum nuper. Idem autem fecerunt, aut facient alii nostri vicini, vt audio, Sed nostra nihil adhuc egit, nisi hortata est Clericos ad continentiam et alias virtutes, et contra, vt mos est, a vitiis dehortata. Reliqua, vt multitudo sacerdotiorum sive stipendiiorum ecclesiasticorum, quae dicuntur a precatione quadam, vt sunt eleemosynae, vulgo beneficia minus abiecta, reiecit vt morbos grauiores ad Synodum prouincialem. Ego et hic et apud vos omnia fieri cupio quam optime, nec desinam a Christo precari hoc, et expectare. Videndum autem erit nobis diligenter, ne, vt ante non semel factum est, coletis culicem et deglutialis camelum. Vale felicissime in Christo, Dat. An. P. S. 1548.

Hic iam habes, R. P. mandatum tuum paratum, vt puto, nec sine mea quadam correctione grammatica, tametsi cum approbatione tornatorum illorum. Quid autem, quaequo, est opus tot verbis, tot clausulis, quae nihil certo sunt aliud, nisi expositio quaedam otiosa generis, ac satis mandat, et omnes eas partes complectitur, qui tradit plenam potestatem petendi, agendi, vt ipse posset agere iure, si adesset? Haec est illa quinta rota, vt aiunt nostri, qua multi vehuntur, vt sic dicam, in foro iam, non tam rotariorum culpa, quam νομοφυλακῶν τε καὶ ἀλλῶν κριτῶν. Quaequo te vehementer

etiam, pater, vt renoces Dn. Carlebjio in animuna petitio-
nen de sex aureis, quos mihi certe, nisi omnino fallor, se-
natus Vitepergensis adhuc debet, atque eam rem cum Lipsiensi
quodam, vt ab ipso flagitauit olim, curet, in quo nomine roges.
Vale iterum atque iterum felicissime, obseruande Patrone;
ac me, vt facis, ama. Sic enim reliqua omnia prona erunt,
et sequentur sponte ac liberaliter, cum nihil volenti et amanti
sit difficile.

VITVS AMERPACHIVS.

¶.

Reuerentie dignissimo in Christo patri, domino Iulio, Epi-
scopo Numpurgensi, Vitus Amerpachius

S. B. P.

Meas literas cum tabulis contractuum, vt sic dicam, puto
vobis iam dudum esse redditas. Misisti enim eas ad D. Antonium Fuggerum ¹⁾, qui suam operam in hac re curanda mihi
pollicitus est humaniter. Quare non est opus, vt hic iterum
tibi, cum hoc antea fecerim, et posthac possim facere com-
modius et vberius, agam R. P. gratias. Nunc T. C. potius
oro, vt quantum habes de mea pecunia, mittas ad R. P. Dn.
Mauritium ²⁾, praesulem Aistetensem, quam oxyssime simul,
et facilime ac tutissime poteris. Hic enim, cum optimis re-
bus meis velit, ac patroni compatriisque officium in me saeppe
declaret benignissime, curabit illam, vt opus erit; aut etiam,
vt solet, melius, quam erit opus. Hoc facies mihi gratissi-
mum, et oeconomiae nostrae, quae satis male adhuc es-

1) *Fuggerum*, cuius filii, quos Amerpachius studiisse traditur, dedi-
cauit: *Expositiones Partitionum oratoriarum et Praefationis de optimo
genere dicendi M. T. Ciceronis*. Basit. 1548. Hunc librum dono misit
Iulio Pfuglo.

2) *Mauritium — Aistetensem*, quem Vitebergia discellisset, Aistadii Sche-
lac praeuisse narratur.

constituta, maxime necessarium, ut utilissimum. Porro libellos, qui sunt a me hoc sententiæ facti publici, mitto etiam tibi non tam legendos, maxime totos, quam testatos apud te meum studium in honestatem et optimas artes, ergaque te obseruantiam. Quae so te, non tam boni consulas meunt hoc officium pietatis et gratitudinis, verum etiam ut sis commodus et sincerus iudex, præfationum præsertim in iis, qui sunt Augustae impressi, ut nunc loquimur. Satis enim graues, molestos et inhumanos hic, altera maxime, habuerunt non tam Aristarchos³⁾, mihi pater, quam tortores et carnicies. Verum, Christo gracia! magni et saeui conatus adeo fuerunt inanes et irriti, ut risum et pudorem suis perperint, mihi de studiæ veritatis et constantiae laudibus aut opinione certe nihil ademerint. Sic facit noster Christus cùm iis, qui fidunt ipsi ex animo, et omnibus cupiunt consultum, etiam inimicis et inuidis, et si hoc non agnoscuntibus. Inter hos me puto posse numerari, aut, si hoc non, quod nolim, cupio tamen. Vale R. P. patrone humanissime. Dat. Ingolstadii XVI Cal. Iunias An. P. S. 1549.

3) *Aristarchos.* Sine dubio intelligit libros: 1) *De philosophia naturali*, Basili. 1549. 8. in quo libro multa dixerat, quæ nullo modo incertiae lacardatum Pontificiorum se probare possent, et: 2) *Tres epistolæ de rebus gravibus et minime a controversiis Ecclesiasticis horum temporum alienis, una Carthusiani cuiusdam pii monachi, duas Ioannis, Episcopi Aistetenensis, viri pro suo tempore doctrina et studio religionis egregii non multo post Synodum Basileensem conscriptæ, ac iam pridem editæ cum Viti Amerbachii præfatione. Augustae Rhaeticae 1548. 8.* cuius libri neque Ioecher in Lex. Erud. ad v. Amerbach, neque Adelungius in Supplementis mentionem fecerunt. Deest ibi quoque: *Oratio D. Epiphani de fide catholica et apostolica Ecclesia per Vitum Amerbachium in latinum conuersa. Augustae Rhaeticae 1548. 8.* Quos libros omnes Iulio Plugio dono misit adscripto in fronte eorum nomine suo.

**ILLVSTRI PRINCIPI
DOMINO IVLIO,
PRAESVLI NAVMPVRGENSI
PATRONO SVO INTER PRAECIPVOS
OBSERVANDO.**

Reu. patri ac principi, domino Iulio, Episcopo Naumpur-
geni, patrono suo Vitus Amerpachius

Accepi tuas literas in mediis occupationibus et ex iis magna-
nam voluptatem cepi, non tantum, quod incepissent ha-
bere melius, tao maxime studio, res meae, sed etiam pro-
pter ipsum erga me tanti viri studium et benevolentiam.
Quare scias hac re nihil mihi potuisse in his temporum dif-
ficultatibus accidere gratius aut iucundius, ac te per tuam
excellentiam quaeso vehementer, vt non desinas hoc esse
in me ac meos animo, nec dubites, quin sim daturis ope-
ram summo studio, ne quicquam tibi amoris aut officiorum
hac parte periisse videatur, immo vt sentias, haec a te quam
optime collocata esse. Praeterea sollicitudinem tuam in re-
paranda et illustranda eccllesia tua valde laudo, et Christum
precor, vt in hoc te cursu retineat, confirmet, suuet ac fa-
ciat, vt is ad metam suam quasi felicissime perueniat; atque
vtinam ego tibi tantum possem ad hos conatus honestissi-
mos prodesse, quantum posse me tu speras, aut ego potius
opto. Eruditorum et piorum presbyterorum tanta est hic
etiam penuria, quantum nulla aetate fuisse arbitror. Hodie
mili certe narratum est, cum essent allocutus quosdam hac
de causa, pastori cuidam in vicino Palatinatus pago venisse
literas ab Imperatore, in quibus ei permitteretur uxorem
quam duxit, retinere, ac simul in administrandis rebus et-

clericis manere. Hoc audiui, non certo scio. De Lagingensi nihil potui diligenter inquirendo expiscari, multo minus de aliis, cuiusmodi tu cupis conducere in tuam, aut veri potius patris fam. vineam⁴⁾. Sum etiam hoc temporis paene puncto locutus cum Magdepurgensi quodam iuuenie hoc de negotio, qui mensa illa vtitur, qua solent ferre ut ex iis locis oriundi, et is promisit nobis operam, et alias ob causas, et quia scit pastorem quendam Erfordiensem, fraterem hospitis, notum esse tibi nec vulgariter commendatum. Si quid inuenitur, id faciam, ne, pater, nescias. Vtinam vero in tuis litteris hoc addidisses, vt si quem essem pactus post nuntii discessum, de illo etiam adhiberem curram. Sed ego tamen faciam nihilominus, quod futurum tibi sit gratum, et officio meo dignum, pro mea virili. Non aliter velini sentias me facturum de iuuenum collegio, quod instituere pio sane consilio scribis te proposuisse. Deus fortasse dabit occasionem et mihi semel vberius declarandi erga te obseruantiam, quod vt fiat breui, et plenis tanquam remmis ac velis, et exopto, et expecto audissime. Caeterum si aut ego rem clarius in proximijs ad te meis expressisseni, aut meas tu sic intellexilles, facillime pecunia potuisset Antonii Fuggeri ministro Lipsiae dari, cum is a suo domino mandatum habeat, eam, si qua meo nomine ad ipsum deferatur, curandi; quamquam non minus commode factum esse a te parum dubito. Quod si posthac in reliquis huius ordinis quindecimi aureis, aut etiam aliis mea via non nihil erit commodior, ea, fac, utaris quoquo, praesertim cum etiam apocham illum datum esse meo nomine opiner. Certe sic Fuggeri prmissionem, quae sane perhumana est, ego intelligo, nec alium scio, nisi Camerarius hoc vellet facere, ad quem etiam hac de re literas dabo. Dixit Mag.

4) *vineam*, h. e. seminarium theologicum, quod postea collegium iuuenium dicitur. cf. testamentum Iulii Pflugii ad finem huic libri.

depurgensis ille praeterea, se audiuisse, Domini canonum illum
Frisingae nunc esse ac doctoris Ecclesiastici fungi munere.
Quamprimum aliquid intellexero, in quo possim acquiesce-
re, de hoc, vt aliis, tibi scribam diligenter, vel si Fuggero
sunt literae committenda, qui non grauatae, nisi fallor, eas
curabit etiam.

Hoc praeterea te rogo, pater, vt hos chartaceos fasci-
culos et literas per tuos facias deferri ad eos, quibus a me
sunt missae. Non facile tibi hac in re parcere potui, ta-
metsi cupiebam, in tanta penuria tabellariorum. Da, quae-
so, veniam, et operam tuo clienti. Vale feliciter, patrone
humanissime. Dat. Ingolstadtii pridie S. Laurentii. A. p. f.

1549.

De Georgio Iudae nihil constat, quantum equidem
scio, nisi quod ex his litteris, eum vixisse Erfurti, ibique sine
dubio literis operam dedisse, apparet. Extitisse autem tunc
temporis plures eiusdem nominis, et forsitan eiusdem fami-
liae in Thuringia, ex Christ. Aulaei Luctuum Libris II. pa-
tet, in quibus reperitur Epitaphium Simonis, Ernesti et Da-
nielis Iudae, fratrum Muhlhusenium Thuringiae. Leonem
Iudae, theologum Helueticum, nominat Ioecher ad h. v. et
Adami in Vitis Theol. Germanorum p. 94.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PRINCIPI

AC DOMINO.

D N. I V L I O.

EPISCOPO NVMBVRCENSI ETC.

DOMINO SVO GRATIOSO ATQUE
OBSERVANDISSIMO.

Salutem et felicitatem!

Causam doctissimi viri, domini Viti Amerbachii, quam mihi Amplitudo vestra apud inclitum senatum Ephordensem et Academiae huius proceres expediendam, antequam isthinc discederem, demandauit, Princeps Reuerendissime, ego, qua potui, diligentia maxima apud eosdem egi; nihil aliud interim studens; quam ut pio mihi iniuncto munere, cum Amplitudini vestrae, tum praedicto domino Amerbachio ex animi vtriusque vestrum sententia inservirem. Intellexi hos omnes prope, quos ea de re conueni, eidem domino Amerbachio ob insignem eruditonem summopere fauere, nihilque magis optare, quam ut eidem suo ipsius commodo apud nos esse, hancque scholam ornare, et, quod perfacile possit, celebriorem reddere licet. Verum quoniam is est Vanuersitatis nostrae status, ut facultas artium, quam vocant, tam paucos habeat redditus, ut annuatim ducentos florenos non excedant, indeque quinque vel sex humaniorum literarum Professoribus pendantur salary, consequi sunt domini de eadem facultate, si vni alicui Professorum magnum stipendium, quale ipsorum arbitrio effert ducentorum vel centum et quinquaginta florenorum, solvere deberent, necesse fore, ut vix unum atque alterum Academia nostra retineret bonarum artium Professorem. Senatus autem ob magnum aes alienum, quo etiamnum premitur, et ob multas pecuniarum erogationes, maxime in reaedificandum instaurandumque iam maius, ut vocant, Col-

legium ferendas, grauatus Professorum salarya hoc tempore augere se non posse adfirmat. Clerici item et opimorum sacerdotiorum possessores de suo quid in commune reipublicae literariae commodum expendere plane recusant: quae res non potest mihi non admodum disPLICERE. Dabo tamen adhuc pro viribus operam, ut redditus quosdam ad beneficia ecclesiastica spectantes, qui ih iam dictum euidenterque aequo pium (quod credo) usum transferri possint, expiscer, et deinde Amplitudini vestrae signicem, quae pro singulari suo in Academiam nostram fauore apud Reuerendissimum Moguntinensem Archiepiscopum intercedet, ut vel ad tempus in salaryum insignis alicuius viri (cuiusmodi revera memoratus dominus Amerbachius est) conuertantur. Id quod et hactenus in causa fuit, ne citius ad A. V. scriberem, et ut hoc ipsum Amplit. Vestra non aegre ferat, etiamque rogo, meque ei A. V. perpetuo conimendo. Salutat A. V. vir clarissimus, Doctor Fridericus Cantoris ¹⁾, nihil magis optans, quam ut vel A. V. auspicio negotium religionis ad laetam eandemque diu exoptatae concordiam tandem perueniat: id quod Deus Opt. Max. faxit. Datum Erphordiae postridie Viti. Anno M.D.XLVIII.

AMPLITUDINI VESTRAE

addictissimus

GEORGIVS IVDAE, D.

1) *D. Frid. Cantoris* erat a consiliis Philippi, Episcopi Numburgo-Cisenensis, atque, ut Zaderus in Chronico Numburgo Cisenisi Micr. p. 67 tradit, adjunctus iis, qui autoritate Philippi, Episcopi, cum senatu Ciseni de rebus factis emendandis colloquerentur. Schamelius quoque in: Beschreibung des Klosters Bosau p. 84 narrat, ei cum aliis quibusdam demandatum fuisse, ut rixam Abbatem Posauensem inter et sororem Cisensem dirimenter.

Christophorus Aulaeus vixit, vt ex hac epistola patet, Erfurti, et varia composuit carmina, quorum epitaphia quaedam inserta sunt Deliciis poetarum German. Tom. I. p. 409. ipse vero edidit reliqua hac inscriptione: *Christophori Aulaei Erphurdienensis poetae Lucidum Libri duo. Mogenuntiae 1547.8.* qui in bibliotheca Pflegiana Cizae seruantur, et quos laudat quoque cum aliis libris ab Aulaeo conscriptis Adelungius in Supplement. Lex. Ioecheriani ad h. v. Epistola nostra, cum mentionem faciat declarationis Imper. in causa religionis h. e. Interim, et libellorum ab adversariis 1548 scriptorum et editorum, eodem ipso anno scripta quaque videtur.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI

AC DOMINO,

DOMINO IVLIO,

D. G. EPISCOPO NAVMBVRGENSI ETC.

DOMINO ET MAECENATI SVO CLEMENTISSIMO.

Saepius cum cogitassem, Iuli, praesulum decus, qua ratione gratuni ac memorem animum erga R. V. C. ostenderem, praefertim tot R. V. C. in me extantibus beneficiis, nihil omnino vidi, quod vel imbre (vt ita loquar) tantorum officiorum possit conferri. Sed tamen, ne merito ingratitudinis nota mihi possit inuri, mitto ad R. V. C. preceationum hunc libellum, exiguum quidem, sed pium et omnino taliter, qualis Episcopum decet, rogoque R. C. V. vt hoc, quicquid est muneris, serena fronte suscipiat, et, si fieri potest, operam det, vt in his Lipsiensibus nundinis proxime futuris liber prodeat. Erphurdientes decreuerunt mihi Lectionem ordinariam poetices, sed nondum contulerunt:

vellem igitur, ut haberent ingenii mei aliquod specimen. Typographi nostri sunt nescio quibus operis occupatores, quam quod mihi nunc possint vacare. Quod alterius manuscriptus sit liber, in causa fuit mala valetudo, quam Augustae¹⁾ mihi conciliaui. Rerum nouarum hic nihil habemus: 12. die Sept. proposita est reformatio²⁾ Clericis nostris: quidam probant, quidam vero ridentes in iocum vertunt. Bibliopola³⁾ quidam Magdeburgensis ob libellum quendam Casparis Aquilae, Episcopi Salfeldensis (sic enim se vocat) contra declarationem Sacrae Imp. Mai. in causa religionis editum diris et conuiciis adeo scatentem, ut mirarentur etiam Lutherani et merito, detestarentur, a prudentissimo Senatu nostro in carcerem coniectus, adhuc hodie, ut arbitror, detinetur. Deus Opt. Max. R. V. C. quam diutissime florentem et incolunem Christianae reipublicae conseruet. Erfurdiæ ex Bursa Georgii 14 die mensis Septembri.

R. V. C.

obsequentissimus
CHRISTO. AVLAENS,
Erph. poeta laureatus.

1) Augustae, ergo Comitis Augustanis 1548 habitis videtur interfuisse.

2) Reformatio, formula, quae dicitur Interim.

3) Bibliopola. Michael Lottherr, qui libellum Aquilæ a Geruasio Stürmero Erfurti 1548. 8. typis exscriptum eodem ipso anno Magdeburgi recudendum curauerat. Cf. Schlegelii Leben und Tod Caspari Aquilæ p. 379. Prodit autem liber Aquilæ sic inscriptus: Ayn sehr hochdthige Ermahnung an das kleine, bldde verzagte christlich Heuslein, das sie in diesem erschrecklichen und letzten Theil der Zeit Gottes ewig Wort frölich bekennen sollen wider des Teufels Finsterniß, Lügen und Mord geprediget durch M. Casparum Aquilam, Pfarrherrn zu Saalfeld MDXLVIII. zu Erfurt gedruckt von Gervasius Stürmer b. Et Pauli 4. Edidit autem Aquila eodem ipso anno alium libellum eiusdem argumenti sic inscriptum: Wider den spöttischen Pögner und unverschämten Verleumder M. Eislebium Agricolam: ndthige Verantwortung und

Mauritius, Episcopus Aistetensis, eo tempore, quo Lutherus eiusque asseolae sacra emendare annitebantur, fuit homo summae auctoritatis, et hinc quoque conuentui religionis causa Ratisbonae 1546 habito, sed mox dissoluo, cum Friderico Comite Fürstenbergio praefuit. Vitus Amerpachius in praefatione: *Tribus epistolis de rebus grauibus* — praemissa, eum nominat Mauritium Huttenum, unde ipsum ex gente Huttenorum fuisse patet. Quod vero ad ea, quae in his epp. traduntur, attinet, cf. Sleidan. Comment. Eib. XXII.

REVERENDISSIMO PRINCIPI,
DOMINO ET AMICO SVO SINGVLARI,
D N O I V L I O,
EPISCOPO NVMPVRGENSI.

Reueren. princeps, Domine et amice singularis.

Cum Reuerend. Episcopus Merseburgens. Dominus et amicus communis noster iter instituisset ad suos, in eoque Reuerendam Dominationem Tuam salutaturus esset, et si sane nihil erat vel noui, vel alioquin magnopere, ut ipse putabam, expectandum, ac si maxime tale aliquid fuisset, is mihi etiam vberrimarum literarum instar esse potuisset, tamen communem amicum nostrum sine literis dimittere non debui, et has vel hoc solo nomine dare volui, vt meani erga R. D. Tuam obseruantiani amoremque testificarer, meque ad obsequia quaeque paratissimum offerrem; non quod hoc

ernstliche Warnung wider das Interim. *Apologia M. Caspari Aquilae, Bischofs zu Saalfeld MDXLVIII.* 1 $\frac{1}{2}$ plag. quam quoque Lorther Magdeburgi typis expressit: cf. Schlegelii l. l. p. 415.

ita amicitia nostra requirere videbatur, iam antea mutuis
beneuolentiae officiis spectata, sed ut aliquid saltem scriberem.
Etenim si quae sunt hic, quae noua videri possent,
illa R. D. Tuam non modo ex aliorum, praecipue vero Ve-
nerandi et doctissimi, mihi sinceriter dilecti, Petri a Nau-
mark, Doctoris etc. et Legati sui, viri apprime industria,
literis iandudum intellexisse, sed ex praefato Dno Merse-
burghen, luculentissime cognitura puto, ut ego scribendo su-
peraddere iam nihil debeam, nisi hoc, me R. D. Tuae una
cum Domino Merseburg. studiosissimum nihil tam exoptare,
quam eidem omnia feliciter atque ex animi sententia eue-
nire, et si quid possim praestare gratum, in eo semper pa-
ratissimum fore. Datae Augustae Vindelicorum XVI Kal.
Decembr. Anno Domini M.D.L.

MAVRITIVS,

Dei gratia Episcopus Eysletensis
et Praepositus Herbipolen.

2.

REVEREND. PRINCIPI, DOMINO ET AMICO SVO
SINGULARI ET CHARISSIMO,
D. I V L I O,
CONFIRMATO EPISCOPO NVMBURGENS.

Reuerend. Princeps, Domine et amice singularis
et charissime.

Fuerunt mihi literae R. D. Tuae perquam iucundae, non
quidem argumenti causa, quoniam hoc nostro calamitoso
tempore nullus videtur relictis esse locus laeta nunciandi,
sed magis, quia ab eo erant, cuius mihi memoria etiam non
potest non esse iucundissima, nedum literae. Quod autem
conqueritur R. D. T. de cunctatione in vrgendis ad dedi-
ctionem aut expugnandis hostibus nostra plus satis longa,

I a

me cum certe et cum multis horis paria facit. Ego enim ipse quoque moram hanc multis nominibus periculosam rumpi dudum exceptavi, et ita potuisse, si omnibus ex aequo molestia esset, putavi. Sed iam tandem magis serio agendum erit, neque diutius terendum tempus, posteaquam haec sane tristia nuntiata sunt, isthic in obsidionem eruptio- ne hosium facta, et capto Illstr. Principe Georgio, Duce Meckelburgen, infeliciter rem cecidisse. Fiet enim iam, spero, ut cum omnes intellexerint, quantum referat hostem hoc successu nob̄ diu gaudere sinere, maiori vi continuetur obsidio, et sic bellum mature consiciatur, auxiliante Domi- no exercitum, Deo' nostro. Neque despondere animum debemus, si primordia minus fausta et acerbiora adpareant, cum sciamus, utpote experientia edocti, Caesareae Maiestas- tis fortunam, ut principio, peculiari quodam Dei consilio, aduersa videatur, tamen tarditatem incrementis eo felicio- ribus et cumulatioribus compensare. Ita enim in hoc quo- que bello consiendo omnino fore confido, fretus Dei omni- potentis gratia, qui non sinet malos sub praetextu nomi- nis sui in ecclesiam saeuire vterib⁹. Quōminis R. D. T⁹ suis timere debet, sed fortis animo esse, certo sibi persuadens, impiorum gaudium neque sincerum esse neque diu- turnum. Dominus R. D. Tuam, cui me ad omnia obse- quia, paratissimum offero, in hoc noui anni auspicio et quam diutissime in columnam et felicem conseruet, precor.

Dat. Augustae Vindelicorum: Kalend. Ianuarii M.D.LI.

MAVRITIVS,

Dei gratia Episcopus Eichstettensis,

et Praepositus Herbipolen.

3.

REVEREND. PRINCIPI, DOMINO ET AMICO SVO
SINGULARITER OBSERVANDO,
D. IVLIO,
CONFIRMATO IN EPISCOPVM NVMBVRG.

Reuerendissime Princeps, Domine et amice
singulariter obseruande.

Litterae R. D. V. fuerunt mihi longe gratissimae, et quan-
quam ex iis de valetudine eiusdem nihil intelligere potui,
tamen hoc ipsum perinde accepi, ac si hac parte recte
omnia haberent. Ego quidem post diatinum et taediosum
Conuentum Augustanum domum tandem redii in prima
hebdomada Quadragesimae, etsi non plane firmus (inuaser-
at enim podagra pedes), tamen paulo post recollectus va-
letudine iam vtor, quemadmodum soleb, mediocri, laus
Deo! Liberatos esse Catholicos et Caesarianos bonos ab eo
metu, quem nuper collecticius miles in agro Breniensi in-
solenter incusserat, Augustiae cognoui, Deoque gratias ha-
bui, qui perditionem conatus ita infregerit. Nèque dubi-
taui tum quoque, quin Magdeburgen. posicā minus et vi-
rium et animi habituri essent, ad illudendum et trahendum
bellum, quemadmodum iam dudum grauius laborare, et
forsitan etiam pleraque infecta nolle incipiunt. Dominus
faxit, qui auxiliatrices dissipauit copias, vt ipsi quoque cum
reliquis suis complicibus ad cor redire malint, quam Ger-
maniae statum inturbatum tenere, aut si nolint pertinacia
obfirmati, frēno tamen coērcentur potius, quam publicae
tranquillitati diutius obstinate et impune resistant. Etsi au-
tem pacato etiam hoc tumultu, nulla sincera pax speranda
est, propter religionis dissidium, quod dum viget, nūquā
hominum voluntates coalescere finet, tamen confido, si nos,

vt R. D. V. pie et grauiter scribit, officio nostro cum domi-
tum in futuro propediem et toties desiderato Concilio Oe-
cuménico satisfacientes, nihil quicquam antiquius habeam-
us vtilitate ecclesiarum, et neque aliena amarulentius in-
fectabimur, neque nostra, qua dudum forsan emendationem
desiderarunt, pertinacius defendemus (quod quidem libe-
rum requirit Concilium) posthaec successu temporis diuina
clementia opníia indies aequabiliora, ac tandem plana pror-
fus, atque facilia fore. Quamquam certe de processu concilii
plures nonnihil addubitare incipiunt, posteaquam Gal-
lus r̄es nouas in Italia moliri et ad defectionem quosdam
sollicitare dicitur, non aliam ob causam, quemadmodum
putant, nisi vt concilio disturbato aut impedito in Germania
diutius nutriatur discordia, et ipse interim commodius for-
tunam tentare suam denuo, et impunitate gaudere possit,
Cæsarea Majestate et nobis omnibus intellinis seditionibus
laborantibus. Sed Deus non feret dominandi libidine de-
corem domus suae amitti aut intercludi, neque laboranti
et afflictæ ecclæsiae deerit, duinmodo nos quoque fideles
et sedulos ministros agamus. Quocirca meliora nobis pol-
liceri et praedicto concilio præsentiam atque operam no-
stram debitam non denegare debemus. Ego sane, si recte
valvero, et Concilium, sicut indictum est, continuabitur,
Tridentum proficiisci decreui. Cumque non dubitem, quin
R. D. V. pro singulari sua pietate et doctrina (quia inter-
mittere recte non potest) idem factura sit, ideo ab eadem
rogo quam diligentissime, vt, si ita proficiisci iſthuc conti-
ngat, per dioecesin meam transire, me què simul inuisere et
comitem adsumere velit. Id et gratissimum habebo, et si
quid vicissim R. D. V. acceptum præstare potero, faciam
pro meo erga eandem perpetuo studio et amore plane li-
benter et sedulo. Deus R. D. V. diu seruet incolumem.

Dat. Eychiadii in arce montis S. Willibaldi XV Kalend. April.
Anno M.D.LI.

MAVRITIVS,
Episcopus Ayslettensis.

4.

REVEREND. PRINCIPI, DOMINO ET AMICO
SVO SINGVLARI,
DOMINO IVLIO,
CONFIRMATO EPISCOPO NVMBVRGENSI.

Reuerend. Princeps, Domine et amice singularis.

Redditae mihi sunt litterae R. D. Vestræ, ex quibus pri-
muni hoc libenter intellexi, quod illa pro sua erga Eccle-
siam Catholicam voluntate atque obedientia etiam in diffi-
cili rerum domesticarum statu, non prorsus tamen omnem
adeundi Concilii spem abiicit. Summus quidem Pontifex
eius auspicandi et continuandi causa Legatum misit Tridentum
Cardinalem Marcellum, tit. S. Marcelli, atque ei ad-
iunxit Aloÿsium Episcopum Veronen. et Sebastianum Pighi-
nuhi, Archiepiscopum Sipontin. qui ideo etiam praeterita
septimana relicto apud Caesarem Episcopo Fannen. Augusta
discessit. Isthic igitur nostrum praefolabuntur aduentum.
Et certo multæ sunt et magnæ causæ, propter quas Epi-
scopi Germaniae quam frequentissimi interesse deberent;
praesertim vero ii vix vnquam recte excusabunt absentiam
suam, qui eam habent Dei beneficio cum pietate coniunctam
doctrinam et prudentiam, quam talis locus et res tam
intricatae atque exacerbatae requirunt: in quibus etiam R.
D. Vestræ celebre nomen habet, ego autem vix confidere
ausim. Statuerañ nihilominus tamen vel sola præsenzia
mature obedientiam declarare meam, sed iam aduersa va-

Istudine affectus, et multorum dubitationem de progressu concilii intuens, non mutui quidem propositum, sed tamen cunctari incipio, dum me recolligam et videam, quorsum euasuri sint gliscentes in Italia motus, qui plerisque concilium interturbatur videntur, maxime cum Gallus Episcoporum sui regni Tridentum profactionem inhibere dicatur. Hocque ut ita faciam, cogunt me etiam occupationes plurimae, quibus iam post coquentum Augustanum paene obruor, et corpusculi mei ratio, quod ea imbecillitate aestuis caloribus, qui Tridenti feruentissimi sunt, mihiique iam antea parum feliciter cogniti, committendum non est, quamquam sane meipsum in discrimen ponere non recusarem, si negotium recte procederet, atque in me aliquid situm esset.

Quantum ad Doctorem Theodoricum Artopeum¹⁾ attingit, equidem R. D. Vestrae maximas habeo gratias, quod illum mihi praelatis indicare voluit, cumque omnino tam, qualem litterae praedicant, putem, nihil sane malim, tamen ut apud me iam esset in honesto, et quem nec ipse unquam mutare vellet, loco. Sed R. D. Vestram ignorare nolo, mihi hoc tempore de concionatoribus apud Ecclesiam cathedralem vicinque prospectum, neque extra eam in diocesi mea vsipiam locum tanto viro dignum esse. Quod si vero R. D. V. idoneus videtur, qualem ego sane existimo, ut vel me sequens, vel cum mandato missus Tridentum, in

1) Theod. Artopoeus primum curauit sacra Osthemii in Franconia, deinde a Julio Pflugio, quocum ipsi peruetus erat amicitia, Cizam anno 1548 est vocatus, ut ibi in ecclesia Episcopali, in qua tum adhuc sacra catholicorum dominabatur, docendi munus susciperet, cf. Sal. Cypriani Tabular. Ecclesiae Rom. p. 539. verum ob turbas, quae tunct Cizam religionis causa infestabant, paulo post iterum discessit, vel discedere coactus et hinc illinc palans a Julio Pflugio, ut ex h. patet, commendatus est Maurilio, Episcopo Aystettensi. Reperiuntur eius epistolae ad Iulium Pflug tunct temporis scriptae in bibliotheca nostra Episcopali.

concilii negotiis et consultationibus utilem ecclesiae meae operam praestare posset, et vellet, neque postea recusaret legendi et docendi, atque etiam concionandi, si ita quoque ecclesiae postularet utilitas, munus in predicta Cathedrali ecclesiae mea, curarem sane, quacunque ratione conumdisse possem, ut veniens honeste se sustentaret. Et habeo iam in Choro S. Wilibaldi Canonicatum non contemendum, ut qui ad annuos viginti ultra centum accedat, et praeter unicum missae officium, quod isthic singulis diebus canitur, mutatis vicibus ab unoquoque, nihil habet laborum. Hunc ego adsignarem ei, et adderem aliud beneficium, quo ducenti anni floreni completerentur, quos hic Eychiadii, ubi omnia sunt in mediocri foro, tali viro honeste alendo sufficere putarem. Libera et satis commoda habitatio non defutura esset: de mensa vero, quoniam aula, ubi per totum annum viuo, extra urbem in monte sita est, et longius distat, quam ut is quotidie forsan eam sectari vellet, minus curare possem. Arbitrarer tamen vel ad focum proprium instituendum, vel mensam inter confratres conducendam commoditates non defuturas. Quid igitur facturus sit, cognoscere cupio; et si conditionem ita acceptare volet, quemadmodum fore confido, nihil rectius fiet, mihiue gratius erit, quam ut ad me statim ablegetur. Ego sane ei, cum venerit, cum R. D. Vestræ, tum sua etiam causa libenter omnem benevolentiam praestabo, neque committam, ut frustra laborasse, aut falsus esse videri possit. Bene valeat R. D. V. deque me tanquam sui studiosissimo et amantissimo omnia sibi polliceatur. Dat. Eychiadii V Calend. Maii Anno M.D.LI.

Salutat R. D. V. Daniel Stybarus noster²⁾,
qui nunc apud me hic agit, reuerenter et

a) De Daniele Stybaro consulas, si velis, Melch. Adamum in Vitis Germanorum Iureconsultorum p. 105. De amicij, quae inter Stybarum,

diligenter, suaque eidem officia promissima offert ac se humiliiter commendat.

MAVRITIUS,
Episcop. Aystettenfis.

Petrus Canisius primus fuit e Germanis, qui societati Ignatii Loiolae se adiungeret, et hinc quoque haberetur dignus, qui primum praepositus prouincialis in Germania constitueretur. Professus est litteras theologicas Ingolstadii, Viennae, Pragae, Coloniae, et denique Friburgi. cf. Cypriani Tabularium ecclesiae Rom. p. 52. qui liber etiam plures exhibet epistolæ, ab ipso ad Hosium, et Iul. Pflug. Scriptas.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI
ET DOMINO MEO,
EPISCOPO NVMBURGENSI.

Ihs

Reuerendissime in Christo pat r.

Gratia domini nostri Iesu Christi et pax æternæ nobiscum. Amen. Fefellit expectationem meam Nathanaël, per quem litteras istuc meas destinandas esse ducebam, cum primum ad tuas, et primo quidem die, respondissem. Nunc exacio mense tandem redit ad me, culpamque transfert in tabellarium, quem hucusque quaesitum haud inuenire potuerit,

Canonicum Vuitceburgensem, Camerarium ac Melanchthonem intercedebat, cf. Cameratii Narratio de Philippi Melanchthonis Vita p. 260, edit. Lips. 1566. et : Strobel's Beyträge zur Litteratur 2. B. 2. Et. S. 471.

vt idcirco iam secundo restribam. Habeo sane gratiam,
quod boni consuluerit, qualia qualia fuere, scripia mea
Tua praestantia, cui, si quid ego possim in Christo, in hoc
praesertim rerum statu, id prorsus offero, et si superiorum
intercedat autoritas, me quoque praefituruin esse confido.
Lubens legi de colloquio, quod inter nos aliquando futu-
rum auguraris: expediremus forte nonnulla quae rebus
ecclesiae tuae tam afflictis commodare, ac nostram in talēm
Episcopum obseruantiam declarare possent. Cum enim
Germaniae multis nominibus multa debemus, et noſtras, si
quae sunt, operas ſudemus impendere, tum vel maxime
Saxoniam amamus, Christum orantes, vt de illa bene me-
reri nobis liceat, quam tot haeretum primām esse paren-
tem volunt. Rogas, num Tridentum proficiscar, nec ha-
beo, quod certe pronuntiem, etſi probabile fit; eo me dis-
cessurum. Sic enim roget ac vrget Praeful Eychſtet. At
primum a Duce Bauariensi impetranda eſt xenia, neque
hinc me dimouebo, niſi certiora quaedam cognouero: breui
autem cognoscam. Vtinam ſuccellum Synodi promoueat
Epifcoporum frequentia, quae multum adderet autoritatis
et fidei, vellent nollent aduersarii. Louanienses theologi,
et fane percelebres, paucis retro diebus diſcesserunt, iam-
que Tridentum opinor peruenient. Dominus Iesu Eccle-
ſiam ſuam tueatur, et C. T. conſeruet. Ingoliadii 1551.

19 Sept.

REVEREND. CELSIT. T.

Seruns in Christo
PETRVS CANISIVS.

Quum nemo fatile sit, qui nesciat, Iulium Pflugium, antistitem Episcopatus Numburgo Cicensis ultimum, fuisse tunc temporis in rerum diuinarum humanarumque studio versatissimum, eique commercium litterarum et usum cum viris, qui tunc intra et extra fines Germaniae doctrina et autoritate florarent, intercessisse plane singularem, non attinet, nec vacat hic multa eaque vulgo nota repetere. Si autem quidam sint, qui velint plura scire, quae ad vitam, fatam et doctrinam eius spectant, adeant Io. Henrici Ackeri Narrationem breuem de Julio Pflugio, Altenburgi 1724. 8. Braunii orationem de Julio Pflugio, scientissimo litterarum patrone. Ienae 1764. 4. Frid. Immanuel. Schwarzi Acta Iulii Pflugii episcopi Numburgensis in causa religionis. Eisenberg. 1774. 4. et Io. Pauli Christiani Philippi Geschichte des Stifts Maumburg-Betz. Cizae 1800. 8. p. 257 sqq.

I.

CLARISSIMO DOCTISSIMO QVE VIRO,
D. ERASMO ROTERODAMO,
AMICO IN MAIORIBVS OBSERVANDO.

S. D. P.

Ex literis tuis, quas accepi proxime, hanc primo voluptatem cepi, quod tuae essent, deinde vero, quod ostenderent malum, quo iam dum premitur natio nostra, istic remittere. Quanquam autem res nostrae eo loci sunt, ut praecellare agatur nobiscum, si pestis illa hic non ingrauescat, tamen non tam inuideo vobis, quam laetor nationi nostrae aliqua in parte meliuscule esse. Quae si sanaretur omnino, bonum illud suum procul dubio nobiscum communicatura

effet; id enim nobis ipsa societas ratio effet effectura. Quo magis cupio, vt, sicut integrum sit, salutarem, hoc est, non acerbam facere medicinam, is curationem illius hoc tempore suscipiat, cum quoque tanta oblatâ sit occasio mendendi: reliqua, nihil est, quod quaeras. Sentis facile, quid velim ego: nihil tamen præscribo. Video enim, quid tempora haec postulant. Sed quid ego exigere debeam, non video. Quocunque enim me verso, occurrit, pro quo boni omnes gratias ingentes tibi habere debeant. Iam vero Euphratidis illud, quod mihi accommodas, tale est, vt si idem usurpem ego, ab officio prorsus discedam. Atque utinam assequi id possum, vt praeclaris tuis de me iudiciis, quae non tam, qualis sim, quam qualis esse debeam, docent, vlo posthaec tempore respondeam. Sed finem faciam, cum praesertim nihil habeam praeterea, quod scribam, teque epistola rerum inani ab his, quae sane honestissime agere non desinis, negotiis distrahere nolim. Vale. Citii pridie Non, Ianuarii anno XXXIII.

IVLIVS PELVS.

2.

D. IOANNI COCHLEO.

Reuerende Domine. S.

Quas hoc tempore tragedias excitant ii, qui a Caesareae Majestatis confiliis abhorrent, e libris eorum editis procul dubio cognoscere potes. Sed spero tamen fore breui meliorem Ecclesiarum nostrarum statum, quam fuit aliquot annis antehac. Commendasti mihi superioribus diebus Dn. Ioannem Pauer, cognatum tuum, et rogasti, vt habitacionem domini, quam istic habeo, meae ei concedam: quod ipsum nec tibi, nec illi (cum virumque vestrum amemus), negare possum. Dedi igitur negotium Domino Adamo Ro-

de, ut et habitationem domus, et supellectilem, quam iſſic
relinquo, Dno Ioanni tradat. In singulos annos pro domo
ea numeranda certa pecuniae summa, sed ea non magna,
de qua eum docere poterit idem Dn. Adamus Rode. Hanc
ut meo nomine numeret D. Ioannes necesse erit, et quan-
tum in eam rem expenderit, tantum ego illi acceptum fe-
ram, et bona fide reddam. Vale, et tibi persuade, te a no-
bis amari. Ex arce nostra 5 Cal. Sept. aο. 1548.

IVLIVS PFLVG:

Epistolae 3. et 4. quae sequuntur, scriptae sunt a Julio
Pflug post colloquium, Peganiæ anno 1548 diebus 23—25
Aug. habitum, ad Principem Georgium Anhaltinum et Phil.
Melanthonem. Etenim quum legati Mauritii, Ducis Saxo-
niae, et Episcopi Numburgensis et Misenensis Pegauiam dis-
cessissent, loco de Sacrificio et Canone Missæ nondum satis
explicato, cf. Expositio eorum, quae — de libro Augus-
tano tractata sunt, P. p. 2 et 3. et Planks Geschichte des prote-
stantischen Lehrebegriffs B. 4. S. 134 lqq. Iulius Pflug iam, ut
fidem in conuentu Pegauensi datam solueret, vberiorem
de hoc viroque loco explicationem additis his epistolis misit
Georgio, Principi Anhaltino et Melanthoni. Quae vero
disputatio cum longior sit, quam ut his adiici possit episto-
lis, et cum res fere omnibus, quorum intersit eas scire, iam
diu cognitas continueat, eam, ne lectoribus fastidium mouere
videremur, omittendam existimauimus. Caeterum miran-
dum est, Schwarzum in Actis Iulii Pflugii in causa religio-
nis percensendis, quem libellum edidit Eisenbergae 1774

4. quum adhuc summus esset sacrorum Numburgo-Cizen-
tium antistes, mentionem harum epistolarum cum Actis re-
ligionis post colloquium Pegauense in bibliotheca nostra
Episcopali assertuarum fecisse plane nullam. Sed, ut ple-
rumque fit; externa conquerere, domestica negligere sole-
mus.

5.

G E O R G I O,
ANHALDIAE PRINCIP.

Reuerende et. Illustris Domine S.

Quod nuper inter nos actum est Pegauiae, ut eos, qui de
Sacrificio Missae resident, scrupulos etielleremus, id tanto
probaui magis, quanto vehementius ad pacem ecclesiis con-
ciliandam pertinere videbatur, cuius ego cupiditate cum
arderem mirabiliter, et si me non satis aptum esse negotio
tanto arbitrabar, malebam tamen suscipiendo eodem facere
temere. quam non conari, si quo modo in ea re ecclesiis
nosris laborantibus consuli posset. Itaque posteaquam do-
num redii, quamprimum licuit, eripui negotiis ecclesiae
ac sedis meae tantum otii, quantum potui, ut causas, cur
eucharistia non solum alimentum sit animarum salubre, sed
etiam oblatio, eaque externa, inuestigarem, quas non igno-
rantibus quidem Tibi atque Melanchthoni mitto, sed ut
fidem tamen meam libeream. Et quamquam, quae mitto,
simplicia sunt, nuda et minime ornata, tamen cum existi-
mem, a veritate alieja non esse, spero nostra non improba-
turos esse. Addidi, quae ad explicationem Canonis, eam-
que coninodam, et cuni sensu sanctorum Patrum atque ve-
teris ecclesiae congruentem, pertinere videntur. Ac quo-
niam confidimus, vos yniuersam ecclesiam Christi animis

— 144 —

complexi, arbitrabamur, non tantum quoniam vos posse sententia, quam scripsimus nos, quantum suscepta vestra ad bene merendum de ecclesia ac corpore Christi voluntate. Animaduertimus Deum, ut ecclesia sua in partes distracta planeque perturbata tandem constituiatur, excitasse Caesarem; ut eo auctore, quae causam dederunt perturbationi tali, vel tollantur, vel corrigantur, et ut vigeat doctrina fana et disciplina, quam tempora sustulerunt, reuocetur, ac quae ad pietatem colendam pertinent, ceremoniae restituantur. Quarum rerum euentus si Optimi Principis consiliis responderit, breui recuperabunt ecclesiae pacem suam, eamque cum gloria Christi et multorum salute coniunctam. Quod tanto optandum est magis, quanto vehementius contentiones ac lites horum temporum illas labefactarunt. Nam si nulli, certe qui religionis causa existunt motus, dissipare solent hominum societas bene constitutas, et ecclesias ipsas disilicere, cuius quidem rei fidem faciunt non solum peregrina, sed etiam domestica exempla, et talia quidem ea, ut in sensibus atque oculis nostris quodammodo haereant. Quo minus repudiare debemus occasionem ecclesiarum conciliandarum, quam Deus per Caesarem, voluntatis suae administrum, pro sua misericordia nobis perbenigne offert. Quod enim antehac vix sperare audebamus, id nunc tribuitur nobis, ut vitia et corruptelas, si quae infederunt, libere aut tollere aut vitare possimus, ac de quibus religionis nostrae capitibus antehac docti homines inter se litigarunt acriter sane, de iisdem Caesar ipse interponit partes suas quodammodo, ut recte ac pie conciliari possint. Venit igitur tempus illud, cum Deus ipse signat illustria voluntatis suae, et nos non obscuremonet, ut cogitemus, non, quemadmodum certemus inter nos amplius, aut reprehendamus consilia Caesaris benigna ac salutaria, sed potius, quomodo lenianus exulcerata, et res no-

Uras ita componamus, vt de religione idem et sentiamus
et loquamur, ac in domo Domini, quae est ecclesia, con-
cordes habitare possimus, vt, quemadmodum haec vnum
habet caput, vnde tota salus eius pendet, sic nos tanquam
membra eiusdem ecclesiae inter nos simus perpetuo con-
juncti, atque uno tantum animo atque ore nomen illius
sanctissimum celebremus. Itaque cum de doctrina, de ec-
clesia eiusque auctoritate et potestate, de sacramentis de-
nique iam conueniat inter nos, et ea probemus, quae a
Caesaris consilio atque voluntate Christiana aliena non
sunt, non videtur committendum esse, vt, quod Maiestas
eius vel ecclesia potius per eam loquens de sacrificio
Missæ tradit, aspernemur, et de eo sacro, quod singulati
eiusdem ecclesiae consensu approbatur, litigemus, cum
praesertim, quod caritatis causa inuentum atque institutum
est, eo line graui piaculo ad discordiam atque perturba-
tionem abuti minime possimus. Ac si de moribus eccl-
esiae, ritibus atque ceremoniis idem, vt debemus, senti-
mus, cur receptam ac diuturnitatem temporis corroboratam
Canonis formam canique probam sane, et sacro Missæ ac-
commodatam improbemus, non equidem video. Nam si
villæ aliae res, certe quae in sacris adhibentur, vetustate ipsa
sua utiliter commendari consueuerunt. Haec fere scriben-
da putaui, magis, vt quae mihi de communi omnium fa-
lute cogitanti in mentem venirent; explicarem, quam vt
Te ita prudentia, doctrina, virtute atque animi magnitu-
dine principem monerem atque inflammarem. Qui pro-
cul dubio, quoties cogitas, quantum debeas ecclesiae ma-
tri, quae Te Christo genuit et patriæ, in qua dignitate
excellenti flores, suscipis animum Te ao virtute maiorum
Tuorum dignum, vt in pacificationem communem eccl-
esiae atque Germaniae nostrae tibi incumbendum putes, ad

K

quam rem cum tanta hoc tempore detur occasio, eam, si te ipsum audieris, non omites, nec Melanchthon in hoc officii genere deerit et sibi ipsi et nobis omnibus, atque adeo patriae communii, ut sublati litibus tandem e mutua coniunctione suauissimos vitae fructus capiamus, nec pugnemus amplius inter nos, sed singulari animorum consensione corrigamus prava, restituamus collapsa, et ecclesiam conseruemus atque aedificemus, ut in huius tandem unitate ac tranquillitate conquiescamus, ac Christum Dominum concordes colere, et ex huius quasi fonte, quae ad salutem nobis necessaria sunt, haurire possimus. Quae ita nobis tribuat spiritus ille sanctus, auctor ipse pacis, veritatis atque pietatis verae, ut unum simus, nec a quietis atque salutaribus consiliis nos abduci patiamur. Vale. Ex arce mea Cicensi. 14 Cal. Octobr. anno MDXLVIII.

IVLIVS PRIVVS.

4.

GEORGIO,
ANHALDIAE PRINCIPI,
ET
PHILIPPO MELANCHTHONI.

Reuerende et Illustris Princeps ac Clarissime
Vir.

Accepi litteras Vestras, quibus petitis, ut moram in negotio, quod a nobis suscepimus est, boni consulam: quod ut faceretis, minime necesse fuit. Ego enim, non ut negotium vobis viris occupatissimis facerem, sed eo tantum animo sententiam meani explicavi, ut, quae acrioribus disputationibus de re magna exulcerata sunt, si quo modo pos-

tem, lenirem. Nam si antehac vñquam opus fuit quietis consiliis ad eccl̄ias constituendas, ea sic ineunda sunt hoc tempore, ne, si praetermisserimus haec, et nobis ipsis et eccl̄is nostris defuisse aliquando videatur, nec quemquā terrere debent consilia Caesaris, quae mutationem certarum rerum facere videantur, cum totam hanc rationem suscepereit Maiestas eius, vt mutando rebus languentibus non perniciem, sed salutem afferat, id quod euentus ipse procul dubio comprobabit, cum, quod breui futurum spero, nos erimus vnum et in Christo domino nostro, et in eccl̄ia, corpore videlicet eius. Cuius quidem rei spes animos nostros sustentare facile et potest et debet. Longior esse in praeſentia nolo, ne sapientiae vestrae diffidere videar. Bene valete! Ex arce mea Cicensi, 16 Calend. Novembr. anno 1548.

IVLIUS PELVG.

5.

SANCTISSIME PATER.

Post beatorum sanctitatis vestrae pedum oscula et humilliam commendationem gratulor equidem S. V. quod summis ecclesiae gubernaculis sit admota; gratulor ecclesiae vniuersae, quod nacta sit hoc calamitosissimo tempore talem tamque peritum gubernatorem. Nam si illa antehac vñquam iis haeresium fluctibus iactata et quodammodo concussa fuerit, vt non longe a periculo naufragii abesset, certe in praeſentia iidem tanto impetu, vt minore non possint, hanc quatere et in scopulos periculofissimos impellere vindentur. Quod igitur optandum erat, vt cum eccl̄ia catholica summio suo Pontifice non ita pridem morte orbata esset, hunc succederet, qui eam ita gubernaret, vt e graui tempore

K 2.

Ratae erepta tandem portum vniuersitatis catholicae recuperare
 atque tenere posset, id datum esse nobis et quodammodo
 oblatum videtur, cum amplissimum Reu. Cardinalium colle-
 giun sanctitatem vestram Pontificem sumimum elegit atque
 renuntiauit. Quo die sublatum est ecclesiae vniuersae signum
 illustre ad bene sperandum fore, ut sanctitas vestra pro ex-
 cellenti sua cum sapientia, tum pietate sanatura sit, quod in
 ecclesia languet, ligatura, quod fractum est, et quod errat,
 reductura in viam, ut post diuturnam quasi iactationem gra-
 viissimarum contentionum pax eidem ecclesiae conciliari
 queat, in eaque nos tandem omnes uno ore atque corde
 Deum ac patrem Domini nostri Iesu Christi glorificare pos-
 simus. Quae sane spes, si alium ullum, me certe, qui se-
 dem habeo in ea regione, ubi grauissime laboratur, consol-
 lari maximie atque recreare solet. Atque hoc mihi quidem
 tanto accidit gratius, quanto grauiora sunt tempora, in quae
 munus, quo fungor, meum incidit. Nam ut praeterea in
 vulnera, quae Pseudoepiscopus interea, dum ego ab ecclesia
 mea repulsus solum verti, eidem inflixit, ut praeterea in ca-
 lumnias, aerumnas et calamitates, quibus aliquamdiu op-
 pressus fui: nam singula haec commemorare nimis longum
 esset, praesertim Sanctitati vestrae, ad quam ego pro mea
 humillima obseruantia non debo multus esse atque verbo-
 sus; illud tamen, quod ne non solum cruciat valde, sed
 etiam ecclesiam, quam regere debo, etiamnum perturbat
 grauissime, praetermittere non possum. Nam post diutin-
 um exilium meum redii in patriam, et ab eo tempore, quo
 primum adeptus sum, vel recuperaui potius, posseffioneiu
 ecclesiae meae, harum regionum procellae atque fluctus
 communes in meum vnius caput praecipue redundarunt.
 Verumtamen iniurias, quas mihi quidem hostes ecclesiae ca-
 tholicae atque istius sedis Romanae ita faciunt, ut ab ecclesia

mea sint sciunctae, aequo animo tolerandas puto. Quamquam enim iis, qui me oppugnant, nihil mali feci, cuius ipse mihi conscius sum, agnosco tamen in iis voluntatem Domini, qui me miserrimum peccatorem aduersis sis visitat atque castigat. Cui utram rei ita me accommodare possim, vt custodiatur spiritus meus, sed vt iniurias, quae mihi solinferuntur, fero modice, ita acerbissimum animo dolorem capio ex ea, quae ecclesiam meam premit ac vexat, schismatistarum iniuria. Nam quo tempore primum procreationem eiusdem suscepi, catholica religio ex omnibus parochiis dioecesos meae, quae sane late patet, sublata erat, et e parocephibus dioecesos meae praeter unum inuentus est nemo, qui caelebs esset, aut cum schismaticis societatem religionis catholicæ peruerienda nefariam non coiuisset, hinc anceps deliberandi ratio oriebatur, utrum remouere deberem istos, an curam et studium meum eo conferre, vt illi in viam revocati ecclesiis, quas perturbarent, utilem in posterum operam navarent. Haec cogitanti mihi multa sane in utramque partem veniebant in mentem. Videbam me frustra conaturum esse, vt dimouerentur omnes, cum praesertim in tanta catholicorum sacerdotum paucitate deessent idonei, quos sufficerent illis, maiorque esset numerus parochiarum, quam vt a paucis curari atque administrari possent. Accedebat eodem, quod etiam tempora ipsa mihi facultatem potestatenque huius rei admirare videbantur. Neque enim mihi tantum erat praesidii in potestate mea, vt coercere illos possem, quantum illis in potentia vicinorum, qui a catholica religione tam alieni sunt, vt si severius cum iis agere vellem, mihi resisterent et conatum meum facile frangerent. Quare consilium meum conuerti ad eam rationem, vt eos, qui a via catholicæ unitatis deflexissent, reducerem, si quo opera eorum ecclesias meas plane labefactatas constituere possem. Ac

quia iidem illi partim a catholicis Episcopis olim ordinati rite fuerant, partim a Pseudoepiscopis horum temporum facti temere, ut hos non ferendos duxi, ita si retinerem illos, opera eae premium me facturum sperauit. Quo me adducebant signa quae dederant voluntatis suae, eiusque non abhorrentis a religione catholica, unde eos tempora huic iniqua et Pseudoepiscopi, in meam ecclesiam intrus, consilia turbulenta astraxisse videbantur. Sed quam spem plerique horum de se ostenderant, eandem mox extenuarunt coniugia, quibus se ipsos implicabant, et quod animaduerterem eos citius munera ecclesiastica, quae susinherent, deserturos esse, quam dimissuros mulieres, quibuscum aliquamdiu vixissent, nec populum facile passurum esse, ut easdem ipsas repudiarent, hic eunt in potestate mea non esset, ut soluerem illos constitutione ac lege de coelibatu, in eas coniiciebar angustias, ut nec dimovere illos, nec ante relaxationem canonis de coelibatu opera ipsorum utiliter vti possem. Itaque rationem iniui, ut vocarem aliunde sacerdotes catholicos ad pascendum gregem aptos, quotquot possem, quos si non omnibus, tamen aliquibus parochiis praeficerem. His cum proposuisset praemia boni emolumenti, plures tamen quam quatuor permouere non potui, ut in hanc meam dioecesin migrarent, primum quod pauci vbique sint ad procurationem muneri^s ecclesiastici idonei, dein vero, quia pericula huius regionis, in qua et orta est initio haeresis, et suum quasi regnum constituisse videtur, plerosque eorum deterruerint. Non desiti tamen incumbere in ecclesiam meam miseram, et e diuturna schismatis peste plane languentem, si quo modo ea curari ac sanari tandem posset. Quare cum animaduerterem aliunde me consequi non posse, quos parochiis meis praeponerem, et nisi idoneos ac pios haberem parochos, fore ut inanis esset labor omnis et omnis procuratio ecclesiae meae, quam suscep-

pissim, de schola et collegio quodam certorum iuuehum con-
 situendo consilium iniui, in eamque conferre statui bonam
 partem eorum, qui ex administratione duorum monasterio-
 rum ¹⁾ in dioecesi et territorio meo vacantum, mihi per le-
 gatum istius sedis S. V. Reverendissimum Dominum Cardina-
 lem Sfonderatum commissa, ad me redirent. Nam alias e-
 censu ecclesiae niae non habeo amplius, quam quo me at-
 que familiam meam alere, eique salario iusta soluere possim.
 Quoniam autem iam in collegium illud meum congrego iu-
 venes, quibus nec ingenium, nec modestia, nec bona ad ca-
 tholicam religionem voluntas deest, et paciscor cum magi-
 stris sane doctis ac probis, qui doceant eos bene ac pie sa-
 pere, et ad vitam honestam degendam, ac ad munera eccl-
 esiaistica recte forment, ut ex horum numero sumere aliquan-
 do possim, qui gregi meo praeesse utiliter, eumque errantem
 in ouile Christi reducere possint. Affertur mihi quidem, ut
 in rebus aspermis, spes satis bona, meliorem aliquando fore
 ecclesiae meae statum; verumtamen, quia iuuenes isti non
 ita subito excoli possunt, et interea, dum ii, qui crediti sunt
 fidei meae, in graui salutis suae aeternae periculo versantur,
 et si aliis fortasse satisfacere videar, mihi tamen ipsis satisfacere
 non possum, idque tanto minus, quanto grauius excrucior,
 me inspectante quodammodo, dum gubernacula huius eccl-
 esiae teneo, aut perire, aut periclitari eos, pro quibus, si opus
 sit, vitam meam profundere debeam. Video, quantum pericu-
 lorum vndique a Satana, accrimo generis humani hoste, ac
 mundo illo in maligno posito, nobis impendeat, et quid ho-
 ftes catholicae religionis parent atque misceant, ut ecclesias
 Germaniae, ac reliquias catholicorum in hisce regionibus Sa-

1) S. Mauritii et S. Georgii. cf. Schamelius Beschreibung des Benedictio-
 nis Klosters zu St. Georgen vor Naumburg p. 95.

zoniae euertant. Qui nullum intermittunt tempus cogitandi
 de nobis male, et norunt atque adhibent artes, quibus affli-
 gere nos atque ecclesias nostras disiicere possint, dum nos
 catholici interea (fatendum est enim) aut lenius hoc negotium
 religionis, quam oportet, curamus, aut aliud agimus. Scho-
 lae ipsorum cum priuatae, tum publicae florent, nostrae fri-
 gent plane, et iacent: illi praemiis magnis alliciunt, quos
 sibi adiungant, nos vero non item, ut augescamus: illi abun-
 dant hominibus disertis et aptis ad ecclesiam conuellendam,
 nos talibus ad ecclesias nostras tuendas constituendas ne indi-
 gemus: illi homines viles sibi potissimum fouent, nos vero
 maiorem habemus rationem otiosorum, quam eorum, qui
 vineam Domini cum labore et industria colunt. Hinc soli-
 tudo, hinc ecclesiarum nostrarum ruinae, unde coetus schis-
 maticorum creuerunt! Et quamquam Deus consiliis Caes-
 reae Maiestatis piis tantum detulit, ut in certis Germaniae re-
 gionibus ecclesiae non parum multae sint repurgatae et re-
 ligioni atque ecclesiae catholicae, unde excisae erant, resti-
 tutae et iterum quasi insertae, in septentrione tamen tantum
 residet pertinaciae atque furoris, ut populi illius atque ciu-
 tates non modo non Gaesareae Maiestati in re ad salutem ma-
 xime necessaria parere velint, sed alios etiam ad eandem per-
 tinaciam et arma contra Maiestatem ipsius ferenda vocare at-
 que concitare non dubitent; in quam etiam rem se foederi-
 bus nouis ita iuxisse videntur, ut in potentia ipsorum sedi-
 tiofissimo cuique et infestissimo ecclesiae hosti praeſidium
 positum esse videatur. Quod si ante, quam ecclesiae Ger-
 maniae ubique constituerentur, Caes. Maiestati aliquid hu-
 manitus accideret, (quod ut isti audiſſime cupiunt, ita id Deus
 pro sua misericordia auerat!). cum illi et opibus in Germa-
 nia polleant maximis, et copiis militum bellicosissimis robu-
 stissimisque abundant, et ecclesiis nostris saluis se viuere non

posse existimant, et applaudentem habeant imperitam multitudinem, quid tum futurum esset omnibus sedibus atque ecclesiis nostris? an non haec lues eruptura etiam esset in vicinas nationes? quod tamen malo S. V. tacitis cogitationibus complecti, quam his eisdem commemorandis longior esse. Nolo enim ut mihi ad S. V. scribenti, erga quam nunc gratulando voluntatem obseruantiamque meam humiliam declarare debeo, quicquam ominosum excidat. Iam nisi illos nomen et autoritas Caesareae Mai: reprimeret, procul dubio corum arma, quibus strenue vti nouerunt, non quietissent tamdiu. Etsi autem haec mihi, cui praecipue infesta atque inimica sunt, exitium denunciant, tamen multo minus meo, quam communii et publico ecclesiae totius periculo mqueor. Et quamquam me spe sola in Deum, qui refugium est et adiutor noster in tribulationibus, hactenus sustentauit, ut non passus sim me a complexu ecclesiae meae, quam vnicet dligo, diuelli, tamen et laboribus grauissimis et vigiliis, et sollicitudine atque angore animi ita affectus sum, ac diuturno corporis morbo debilitatus, ut munus mihi assignatum aegre sustineam. In iis igitur cogitationibus saepe versatus sum, vt si in eam rem auctoritatem Antecessoris S. V. felicissimae memoriae impetrare possem, renuntiarem ecclesiae meae, et cederem primo quoque tempore, ac me ipsum abdicarem. Idque ut facerem, illud me etiam impulit, quod cum conscius essem nihil ipsis imperitiae et peccatorum grauium, metuerbam, ne culpa ecclesiae male administratae in me praecipue haereret. Qui metus cum ad alia, quae me premitunt, aduersa accedat, et mihi etiamnum obiectatur, videor equidem causam habere magis, cur supplicem S. V. humiliime, vt pro sua paterna benignitate potestatem mihi faciat renuntiandi, vt in ecclesia mea locus detur alteri Episcopo, qui candem maiorem cum fructu populi salute hoc eius miserrimo tempore re-

gere possit, quam vt, quam S. V. Antecessor felicissimae memoriae confirmationem mihi perbenigne concessit, expedientiam curem. Verumtamen quia, vt supra scripsi, bono hoc tempore spes ostenditur mihi, postquam S. V. in ea ecclesiae fidei, citius in potestate aliae vbiique gentium esse debent, collocata est, malo ego illius auctoritatē ac iudicio me committere, quam meo ipsis sitare. Nihil igitur aliud in praesentia a S. V. peto, quam vt eadem statuat, vtrum cedere ecclesia mea, an eandem retinere debeam. Nam vtrum horum praecipueperit S. V. id ego pro mea erga S. V. obedientia obseruantiaque humillima non recusabo. Sed quia officii mei ratio postulat, vt in pascendo grege non quae mea sunt, sed quae Iesu Christi et aliorum sunt, quaeram ac persequar, si forte S. V. nolit potestatem facere mihi vt renuntiem, rogo eam humillime, vt eadem pro sapientia sua potestateque maxima prouidere dignetur, vt onere, quo nunc premior maxime, si non omnino, tamen aliqua ex parte leuer, alioquin sub eo ipso contra, quam ferunt rationes ecclesiae meae, friccam subveniente est. Ut igitur adiungere mihi, et in messem Domini, quae satiis copiosa est, conducere ac mittere operarios idoneos, atque fideles mysteriorum Dei dispensatores possim, ita me atque ecclesiam meam plane laborantem S. V. commendando, vt facultas concedatur mihi, in mense Apostolico quaecunque beneficia ecclesiae meae cathedralis Numburg. et collegiatae Cicensis conferendi, et quod non solum euidens utilitas in tanta praesertim Clericorum paucitate et quasi inopia, sed etiam necessitas horum temporum postulat, vt dispensare possim cum sacerdotibus iis, qui iam vxores duxerunt, vt et uxores et beneficia sua retinere, et si qui rite ordinati non sint, iidem a catholico Episcopo ordinari possint: idque si resipiscere alias, et ad gremium catholicae ecclesiae redire velint. Vere loquar, Sanctissime Pater, animus meus quo-

dammodo refugit petere haec, sed quia necessitas ecclesiae
me cogit, vt in hac re mihi ipse quodam modo vim inferam,
fretus ego benignitate atque clementia S. V. peto id, quod
charitas ipsa erga tot animas misere periclitantes flagitare vide-
tur. Sentio equidem cum ecclesia catholica, et affirmo non
dubitans continentiam nuptiis esse anteferendam; sentio item
cum eadem illa, et affirmo non dubitans eum, qui coelebs
sit et continens, curare quae sint Domini, et ad munus Eccle-
sisticum multo esse aptiorem, quam quem coniugium in
multas curas distrahat; sed, quod sine acerbissimo animi do-
lore scribo, postquam ex ecclesia passim vetus Christiano-
rum disciplina sublata est, sunt perpauci ex ordine Clerico-
rum nostrorum, qui viuant caste ac continenter. Eo fit, vt
quaerendum sit hoc tempore, non virum satius sit continere
Clericos nostros, quam ducere vxores, sed virum tolerabilius
sit ducere eosdem vxores, quam foeda concubinarum con-
suetudine inquinari, idque cum grauissimo totius populi scan-
dalo. Hic cum, quod per se licitum est, videatur tolerabilius
esse eo, quod nunquam aut fuit licitum aut esse potest, spero
S. V. mihi id, quod necessitas ipsa ecclesiae meae in hac eius
grauiissima perturbatione exigit, et quod in potestate S. V.
situm esse arbitror, petenti veniam esse perbenigne daturam,
praesertim cum tempora haec excludant seueritatem cano-
num, nec principes, quos penes est potestas, populique no-
stris ferant sacerdotes disiungi ab vxoribus, quas habent. Ve-
runtamen hoc totum ita refero ad S. V. quae procul dubio
omnes totius christiani orbis ecclesias animo complectitur, vt
statuat ipsa pro singulari sua sapientia, atque decernat, quid
in hac re tum hunc meae, tum aliis ecclesiis Germaniae, pra-
cessertim in hisce Saxoniae regionibus, expediat maxime. Quae-
nisi constitutae fuerint, fontes schismatis, qui in eis suas quasi
sedes habent, non videntur facile ita repurgari posse, vt in

alias Germaniae regiones venenum suum non longe lateque diffundant. Quod vero attinet ad emolumenta ea, sine quibus nec egentes, qui fidem meam quotidie implorant, iuuare, nec scholasticos collegii mei eorumque magistros fouere, nec pastoribus ac concionatoribus ecclesiarum ea decernere prae-nia, quae illos mihi atque ecclesiae meae obstringant, potero. De quibus ipsis cum S. V. nomine meo procurator meus, quem isthuc misi, Ioannes Weidemann, Vicarius ecclesiae meae regalis, supplicauerit, humillime peto, vt si S. V. conquerit me publicarum ecclesiae meae rationum potissimum habere rationem, in hoc negotio, vt mihi quidem videtur, non malo, me atque ecclesiari meam horum temporum vi atque procellis afflictam ac prope disiectam clementer ac perbenigne subleuet. Ac si beneficia haec dederit S. V. ecclesiae meae, multorum hominum saluti consulet, et a Christo, domino ac redemptore nostro, qui eosdem sanguine suo pretiosissimo acquisiuit, magnam haud dubie gratiam inibit, me autem humillimum clientem, qui alias in potestate ipsius sum, in perpetuum et maxime sibi obstringet, cui me plurimum atque humillime commendabo. Cicli 6 Nonas mensis Maii An. 1550.

S. V.

deditissimus seruitor
et facellanus

IVLIVS,
Electus Nurnburgens.

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO

DOMINO REGINALDO

TIT. S. MARIAE IN COSMODIN.

CARDINALI POLO,

PATRIMONIIS LEGATO,

DOMINO ET PATRONO SVO

OBSERVANDISSIMO.

Reuerendissime et illustrissime Domine,
salutem cum commendatione obseruantiae plena.

Ita quidem ferunt rationes meae, ut vnum e numero
Ren. Cardinalium patronum istic habeant, quem ego pro
officio clientis colam perpetuo; et cuius auctoritas in con-
ficiendis negotiis mihi atque ecclesiae meae adiumento esse
possit. Itaque post Cardinalem Capuanum, quocum me
etiam generis propinquitas ianxerat, cooptauit mihi Car-
dinalem Contarenum, ad cuius patrocinium configerem.
Qui cum ex hac vita discesserint ambo, tanto grauius de-
siderium sui reliquerunt mihi, quanto plus praesidii in
vtriusque sapientia, virtute atque auctoritate positum erat.
Nunc cum damnum, quod morte ipsorum feci, Reue-
rendissima Dominatio Vestra, quam ego, et si absens atque
ignotus, plurimi semper feci, et in maioribus obseruaui,
sarcire optime omnium possit, me totum eidem tradō at-
que commendo, ac peto, ut mei atque Ecclesiae meae
patrocinium perbenigne suscipiat. Quamquam Reuerend.
Cardinalis Burgensis, quem semper honoris amplitudinis
que causa nonino, communis est totius nostrae nationis

patronus, deque nobis bene mereri non definit, tamen quia in Germania nostra ego atque ecclesia mea misera praecipue laboramus, ut ad communem illud patrocinium peculiare accedat, mihi quidem agendum est. Quod si a Reu. D. V. impetravero, spondeo vicissim, me operam daturum esse, ut nullum a me officium boni clientis Reuerend. D. V. desiderari possit. Ac quia nihil eorum malorum, quae catholicae ecclesiae accidunt, a me atque ecclesia mea seiunctum esse potest, incredibile est, quanto me dolore communis tot ecclesiarum, quas Christus sanguine suo pretiosissimo acquisiuit, calamitas afficiat, idque dum schismata, quod Germaniam nostram iam dudum perturbat, et hanc corrumpere, et serpere latius et in nationes vicinas se effundere videatur, ut periculum sit, ne si ecclesiis nostris plane languentibus medicina salutaris non primo quoque tempore fuerit facta, illa per totum orbem terrae propagata breui magnum detrimentum sit captura. Quam tamen calamitatem Deus pro sua misericordia a nobis perbenigne auertat! Ego cum hoc tantum possum, ut supplices ad Deum manus tendam, eiusque nomen sanctissimum invocem, ut nunc rebus laborantibus succurrat, et eorum hominum, qui cum potestate sunt, fidem implorem; Reu. D. Vestram etiam atque etiam rogo, ut ecclesiam vniuersani complecti, atque auctoritate ista sua iuuare non dubitet. Atque quod boni omnes optant, idem ego etiam expeto, ut Pontifex nosser maximus cum Caelare ac Rege Romanorum negotium ecclesiae constituendae communicato consilio quamprimum suscipiat. In quod si incubuerint illi, atque pro sapientia ac pietate sua recte, ut poterunt, curarint, Christus procul dubio consilia eorum salutaria adiuuabit, praesertim si id, quod caput est rei totius, actum fuerit,

vt, si quae ad gloriam et regnum ipsius pertinent, primo omnium componantur, e quibus ipsis duplice nos frumentum capiemus: alterum vt Deus peccatis nostris iratus eo facilius nobis placari possit, alterum vero, vt homines nostri, si qui ab ecclesia defecerunt, eo citius flecti ac reuocari in viam possint, si senserint falso nobis exprobrari, nos Christum in ecclesiis non ita, vt oportet, docere, nomenque eius celebrare. Quam litem cum negotiis aduersarii intendant perpetuo, eaque ipsa populum ita permoueant, vt circumuenire eum facile, ac, quo volunt, impellere queant, certe simulatque haec, ad calumniam via eis praeclusa fuerit, multo facilior explicatioque, quam ante, ratio erit ad ecclesiasticas nostras et tuendas et ornandas. Neque enim per populum magnopere statbit, quoniam ecclesiae eadem prope collapsae reficiantur, et in ilcum optimum, unde deciderunt, statum restituantur: hic enim de dogmate controversio non magnopere sollicitus est, et facile sequitur, quocunque eum pastores ducunt. Qui si in bonos incideret, ex animo eius euelli facile posset error omnis, si quem comprehendit. Cuius quidem rei, cum iam in hac mea sede periculum fecerim, testis esse possum. Nec qui schismaticis fauent hoc tempore principes atque magistratus omnes pertinaces esse videntur, nec sacerdotes illorum, si qui a catholicis Episcopis ordinati sunt, a catholico dogmate abhorrent. Quibus si donarentur quaedam, quae iuris sunt ecclesiastici, maxime vero di canon de coelibatu relaxaretur, facilius in gremium ecclesiae reduci atque nobis obstringi possent. Quorum opera tanto magis nunc indigere videmur, quanto minor est catholicorum sacerdotum numerus, vt si villo unquam tempore euidens ecclesiistarum multarum utilitas, atque ipsa adeo necessitas

postularit relaxationem talem; ea nunc ita adstringamus,
vt nisi hanc impetraverimus, quae nunc grati qualiter tem-
pestate iactantur, ecclesiae regionis nostrae, haec breui
naufragia sint facturæ ac fuditus interiturae: hoc enim
agunt, hoc moliuntur aduersarii nostri. Verum quia
haec procul dubio Reuerendissimæ Dom. Vestrae ignota
non sunt, si de iisdem plura verba fecero, ineptus sum.
Illiud ad extreum a Reuer. D. V. maiorem in modum
peto, vt, quod pro pietate sua singulari haud dubie facit,
non definat in ecclesiis nostras incumbere, et auctoritate
sua, qua valet iure suo plurimum, concere, vt negoti-
tium hoc pium ac sanctum nulla interposita mora cu-
retur, vt, cum omnia ad gloriam Christi retulerimus,
tum pax talis ecclesiae perturbatae concilietur, vt Deum
ac patrem domini nostri Iesu Christi uno et animo et
ore celebrare possimus. Quod vero ad me priuatum at-
tinget, me Reuerendissimæ Dominationi Vestrae, cuius in
potestate esse volo, vt clientem obseruantem iterum ite-
rumque commendo. Valeat eadem Reuerendissima Dom.
Vestra diu atque feliciter. Cicii 6 Nonas Maii Anno
MDL.

R. D. V.

deditissimus

IVLIVS,
Electus Nurnburgenf.

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO

DOMINO IOANNI

T. I. T. S., CLEMENSIS

CARDINALI BVRGENSI,

DOMINO ET PATRONO SVO

OBSERVANDISSIMO.

Reverendissime atque Illustrissime Domine.

Salutem cum commendatione humili.

Ita quidem posulant rationes meae, vt quo tempore
Reuerend. D. V. gratias agere debeo, vt facio, quod me in
negotio confirmationis meae adiuuit benigne, eodem per
procuratorem hunc meum, qui literas has Reuerendissi-
mae Dom. Vestræ reddidit, illam expediendant curem.
Et quamquam hanc Sanctissimo Domino Pontifici nostro
ita supplicauimus humillime, vt ostenderem mihi iam mor-
bis, laboribus atque aerumnis prope confecto commodius
fore, si sanctitas eius potestatem faceret renuntiandi, id
tamen ita contuli in arbitrium eiusdem, vt ipsa pro fa-
cientia sua statuat, vtrum malit regere me ecclesiam meam,
an eadem cedere. Cuius ego voluntati, quantum in me
erit, libenter, vt debeo, parebo. Quod si vero Sanctitas
eius me praeesse huic ecclesiae maluerit, me atque ean-
dem ecclesiam meam Reuerendissimæ Dom. Vestræ ita
commodo, vt adiuuet hunc procuratorem meum Ioan-
nem Weidemann, qui confirmationem meam primo quo-
que tempore expedire, eamque mihi afferre possit. Com-
mendo item negotium Confirmationis Reuerend. Electi

Misnensis, qui vir doctrina tali, prudentia morumque integritate et confratia tanta praeditus est, ut omnes, qui eum norunt, ad ecclesiam Misnensem regendam aptissimum esse iudicent. Caeterum de aliis negotiis meis, sine quibus ecclesiam meam non ita ut debedo, regere potero, referet hic procurator meus ad Reverendissimam Dominationem Vestram, quae ut eum consilio, auctoritate sua iunet, ut quod peto a S. D. Veftra Imperatori quamprimum possit, maiorem in modum peto. Quod si mihi tribuerit Reuer. D. Veftra, operam dabo, ut aliquando intelligi possit, eam beneficium hoc suum apud hysminem et clientem suum non ingratum posuisse. Valeat eadem, cui me atque ecclesiam mean vii protectori nationis nostrae bene merito plurimum commendato. Civili Nonas mensis Maii, Anno MDL.

R. D. V.

deditissimus,

Ivili v,

Electus Numburgensis.

Liceat addere his epistolis mandatum, vulgo instructionem vocant, quod Julius Pfug dederat ad Romanum Pontificem et Cardinales Polum et Burgum Weidemanno procuratori Romam, tunc prosectorio. Insunt enim quae-
dam, quorum epistolae ipsae non faciunt mentionem, et quae historiam Episcopatus Numburgio Civetatis illustrant. Pfugum autem in his, quae mandauit Weidemanno, ora-

tionē vsum esse, quae tunc in curia Romana dominaretur, et a qua alias elegantia eius longe abhorret, quisque, etiam me non monente, facile animaduertet.

Instructio,

quam ego Julius Electus Numburgensis Dno. Ioanni Weidemann, Ecclesiae cathedralis Numburg. Vicario perpetuo, cum eum Romam mitterem, dedi.

Hoc est in
Primo omnium litteras, quas accepit, ea quā decet reverentia humillime Iulio tertio Papae, Reuer. Dominis Cardinalibus Bürgenli et Polo, Reu. Episcopo Lubecensi et Dno. Joachimo de Laistroff, Canonico Magdeburgensi tradat.

Deinde aggrediatur negotium expedienda confirmationis Electi Misnensis, et negotium expedienda Bällae confirmationis meae, de quo eum docebit Du. Episcopus Lubecensis, et adiuuabit pro autoritate sua. Quae ad retentionem beneficiorum medrum pertinent, item expediatur, videlicet ad retentionem Decanatus, praebendae atque obedientiae Ecclesiae cathedralis Misnensis. Promitto tamen, quamprimum cum commido Ecclesiae Misnensis potero, me Decanatum resignaturum esse, et retenturum duntaxat praebendam et obedientiam, quae a Decanatu separata sunt beneficia.

Postea incorporationem diolorum Monasteriorum vacantium in dioecesi et territorio Numburg. ubi ego habeo temporalem jurisdictionem, videlicet S. Georgii, Ordinis St. Benedicti, et St. Mauritii, quorum virumque

per Ioannem Fridericum, ducem Saxoniae captiuum, prophanatum²⁾ fuit, et iam per legatum sedis Apostolicae Reiterendissimum et Illustrissimum Dominum Cardinalem Sfonderatum mihi communissimi, impetrare debet praefatus Dominus Ioannes, et in narrando debet hanc verissimam causam explicare, quod temporibus hisce periculosisssimis multum de iuribus et emolumentis Episcopatu Numburgensi deceperit, ita ut ego Electus de annuis emolumen- tis minus mille quingentis habeam, quam antecessores mei, ut nunc ex Episcopatu meo non plus habeam, quam quo me atque familiam meam alere, atque huic falaria soluere possim, et ut ista iura decreuerint, ita multi et graues sumus siue necessarii pro ratione horum temporum, et acerbitate Ecclesiae meae, vel additiones rurallium parochiarum, vbi alias pastores competentiam suam non habent, item falaria concionatorum et Iudiciorum, qui nisi honeste sustententur, innumera in Ecclesia et dioecesi Numburgensi maxime necessaria iacebunt, nec Ecclesia eadem restitui poterit. Accedunt eodem expensae in collegium quoddam certorum iuuenium eorumque magistros conferenda, ut possint seminarium aliquod prium Cleri constituere, sine quo alias Ecclesia mea Numburgensis iam prope collapsa insaurari minime poterit. Ad hos necessarios sumptus requiruntur quotannis duo millia aureorum ad minus, quibus Episcopatus Numburgensis non poterit commodius augeri, quam per incorporationem illorum duorum monasteriorum, et aliorum quorundam suo tempore, quae alias vacant prophanatae sunt, et in quibus Episcopi Numburgenses ius visitandi ab antiquo habuerunt. Itaque nomine meo sup-

a) prophanatum anno 1564.

plicetur S. D. N. vt Episcopatui Numburgensi eadem monasteria cum omnibus censibus, prouentibus et pertinentiis suis incorporentur ³⁾). Multa sunt etiam per Laicos principes alienata ⁴⁾ de bonis monasteriorum praedictorum, ea si recuperare possum, peto incorporari Ecclesiae meae, et alia pertinentia.

Postremo supplicetur et impetretur mihi facultas dispensandi in certis gradibus consanguinitatis, item absolvendi haereticos per me, vel per meos commissarios, et reconciliandi eosdem cum Ecclesia catholica: item conferendi beneficia in dioecesi mea in mense apostolico vacantia, maxime in cathedrali Numburgensi et collegiata Cicensi, vt complures ad munera Ecclesiae meae allicere et mihi atque catholicae religioni obligare possum.

3) *incorporentur*. cf. Schamelius I. I. p. 89. 90. et Testamentum Pfugü ad calcem libelli positum.

4) *alienata*: vendita erant senatuui urbis Numburg. Cf Schamelli Beschreibung des Klosters Moritz p. 32, et Zaderi Chronic. Numburg-Cicens. Mscr. L. II. c. 5.

PRAEPOSITO PRAGENSI.⁵⁾

Reuerende vir.

Accepi superioribus diebus a te literas, quibus de statu rerum vestiarum Ecclesiasticarum mecum communicabas, id quod tam gratum erat mihi, quam quod gratissimum. Ac quia in earum rerum cognitione libenter versor, respondissem de eisdem subito, nisi tabellarius tuus tanto-pere festinasset et auolasset antea quam putaram. Itaque ut eius, quod tum omissum fuit, officii damnum quoquo modo sarciam, nunc posteriore quidem tempore, sed fortasse non minus opportuno tibi rescribam. Et quamquam, vt ex epistola tua intellexi, schismaticorum sacerdotes ab unitate catholica abhorrere videntur, tamen ne patriae vestrae desitis, recte omnino feceritis, si non desieritis monere eos, vt et officii sui et publicae salutis rationem habeant, nec ab alijs sectis, a quibus magis aliquanto, quam ab Ecclesia catholica dissident, se opprimi patientur. Quod eis periculum impendere videatur, nisi primo quoque tempore nobiscum reconciliati fuerint. Qui si suum periculum agnouerint, haud dubie facilius flecti, inque viam renocari poterunt. Ac quoniam ad conuentum Imperii Reges vestri Serenissimi, pater ac filius, proficiscentur, vt audio, mea quidem sententia vestra interefset, si te comitatui eorum adiungeres. Nam cum praecipuum caput negotiorum illius conuentus erit religio, peropportune causa vestra cum nostra

5) scilicet Henrico Scribonio, cuius epistola ad Iulium Pfugium supra iam est inserta.

communi coniungi posset. Nec dubito, quin Reges vestri pro sua perpetua benignitate pietateque autoritatem suam in eam rem interposituri sint, ut quod ad ecclesias vestras constituendas pertinet, eo facilius consici, et, ut Pontificis Summi, atque eius Legati autoritas accedat, impetrari possit. Haec fere, quae mihi de rationibus vestris cogitanti in mentem venerunt, scribenda putauim. Non quidem ut praescriberem vobis, qui ipsi abundatis consilio, sed tamen, ut signum voluntatis meae erga vos atque inclytum regnum vestrum aliquod darem. Nihil enim mallem, quam tolli ex omnibus omnium regionum ecclesiis schismata, ut tandem ubique uno et animo et ore nomen domini sanctissimum celebrare possemus. Quod vero ad meum priuatum erga te officium attinet, opera quidem a me dabitur, ne id unquam desiderare possis. Vale, et D. Decanum, atque Bechinum praefectum meis verbis saluta. Cittii V Id: Aprilis. Anno MDLIII:

IVLIVS PFLVG.

Adiicioamus hic appendicem testamenti a Julio Pflug
relicti, (In foro dicuntur codicilli,) cum, quia locis non
paucis harum epistolarum lucem affundit, tum, quia haec
ipfa pars testamenti plerisque eius exemplis, quantum equi-
dam scio, et manu scriptis et typis excusis deest.

Und so viel die Klöster, als St. Georgen, und St. Mo-
ritz vor der Naumburg, und Posau vor Zeiz betrifft, die ich
mit Nachlassung der ordentlichen Obrigkeit zu verwalten und
zu gebrauchen, und noch, weil sie öde seyn, vaciren, so ex-
kläre ich mich hiermit, daß ich die nicht der Meynung ein-
genommen, daß ich sie ihren Orden wollte entziehen, sondern
sobald als der Orden zu wäcklicher und fruchtbarer Restitu-
tion solcher Klöster kommen möge, und ich dessen erinnert
werde, daß ich ihnen die wieder einzäumen wollt, das sollten
meine Testamentarien meinen successorem erinnern, und
ihme zu Gemüthe führen, auf daß er sich desto weniger wi-
der solche restitution sehe; dahn denn auch die Nachlassung
der ordentlichen Obrigkeit weiset. Aber so gleichwohl die Re-
stitution geschehen sollte, so bleibt doch meinem Successori das
ius visitandi, welches er in berührtten dreyen Klöstern als der
Ordinarius haben wird, billig, als daß er die säkellichen Bi-
stüten und Rechnung von ihnen nehmen möge, wie es denn
vor Alters herbrachte, da würde man von dem Überlauff der
nothwendigen Ausgaben wohl etwas eröbern mögen, welches
zu gütigen Sachen zu gebrauchen. Und nachdem viel feiner
ungen Gesellen sind, die in Vollziehung ihrer Studien der
Hülfe wohl bedürfen, will ich meine Alumnos, so ich albe-

reit in meine Unterhaltung von derer Klöster Einkommen genommen, meinem Successoren hiermit freundlich befohlen haben, als nemlich Georgium Vuicelium iuniorem ¹⁾, dem ich auf 5 Jahr lang fährlich 50 Rthlr. verordnet, damit er seine Studia vollführen möge, und sowohl auch Hieronymo Diborn ²⁾ auf 5 Jahr lang; item Gregorio Heilanden, und Philippo Hollern ³⁾, einem ieden fünfs und 40 Rthlr. fährlich auf 5 Jahr lang, und daß sie angehalten werden, in theologia zu studiren, damit sie mit der Zeit meiner Kirchen desto besser dienen mögen, und do sie mit ihren studiis recht fortfahren, bitte ich meinen Successorem darob zu seyn, daß sie in meinem Stifte mit guten beneficiis versehen werden. Bürgermeister Harnisch Sohn zur Naumburg habe ich zu seinem studio 30 fl. verordnet, die sollen ihm 4 Jahr folgen; item Bastian Krails, meines Landrichters zu Zeitz, Sohn soll man 20 fl. zu seinem studio auf 4 Jahr lang fährlich geben, so viel und so lange soll man Hannschen Achzenichts Sohn auch geben. Sixtus Schwenckern, meiner jungen Veterin paedagogo, soll man 40 Rthle. fährlichen 4 Jahr lang zu seinen studiis reichen. Und seye vor gut an, do sie ad studium theologicum in eine Universität sollen geschickt werden, daß sie gegen Cölln ziehen, denn do hat es große Übung

1) Cf. supra ep. Vuicelij iunioris.

2) cuius epistole plurimae ad Iulium Pfug in bibliotheca Cicensi servantur. Cizae natus in Uniuersitate litterarum Friburgensi ius est professus.

3) cuius Mortilogium ecclesiae collegiatae Cicensis manu scriptum in bibliotheca Cicensi existet.

und eine große Menge gelehrter Leute, und solche suspendia habe ich meinen alumnis verordnet, so ferne sie ihre studia continuiren werden. Und nachdem es die Gelegenheit giebt, daß man in diesem Stifte neben der Particular-Schulen ein Collegium theologicum aufrichte, so will ich deshalb das Kloster Posau zu meinen Händen nehmen, und von desselben Einkünften Fünfzehn Studenten unterhalten, und gedenke mit Verwilligung E. Capitels allhier zu Zeiz die alte Dechaney darzu zu gebrauchen, auch zweene gelehrte und catholische Theologen, die ihre Wohnung und Jahrkost im Collegio haben sollen, zu bestellen, und dem ersten als dem Rectori zweihundert Guldens lährlichen zu geben, und dem andern zweihundert re. — ⁴⁾

4) Reliqua defunt.

L I P S I A E

EXCVDEBAT NICOLAVS IACOB FRANZIVS.

